Q. B. V.

DISSERTATIONEM JURIDICAM
De
PRECIBUS PRIMARIIS
IMPERATORIS,

In
Almâ Argentoratensium Universitate,
DEO clementer assistente,
ILLUSTRISSIMUS COMES ac DOMINUS,
DOMINUS
ALBERTUS-WOLFGANGUS,
Comes ab Hohenloë & Gleichen, Dominus
in Langenburg & Cranichfeld &c.
Auctor & Respondens,
Exercitij Academici gratiâ
SOLENNITER examinandam proponit
PRÆSIDE ME
GERARDO von Stöcken / U. J. D.
& Institut. Imperial. Prof. Publ.
d. 8. Mens. Novembr.

ROMA

Literis JOH. WILH. TIDEMANNI, cIↄ Iↄc LXXIII.

Illustrissimo Comiti ac Domino,

DOMINO

HENRICO-FRIDERICO,

Comiti ab Hohenloë & Gleichen,

Domino in Langenburg & Cranichfeld,

&c. &c.

Domino & Parenti de se optimè merito,

In

Perpetuum filialis obedientiæ, pietatis & reverentiæ signum

Debitamq; gratissimi animi

Pro innumeris jam ab ineunte ætate acceptis verè paternis beneficiis

testificationem,

Exercitium hoc Academicum

submissè

offert

Filius ad æterna obsequia paratissimus,

ALBERTUS-WOLFGANGUS,

Comes ab Hohenloë &c.

DISSERTATIO JURIDICA,

Jus primariarum Precum, quod Imperatori competit, quæstionibus aliquot breviter complectens.

QUÆSTIO I.

An, & quid jus primariarum Precum sit?

THES. I.

DAri jus primariarum Precum in Imperio nostro, constans omnium, qui ad Jus Publicum commentati sunt, opinio est, testaturque experientia, rerum magistra. Quin materiam hanc esse gravem, quotidianam & de tempore, asserit Dn. Hermannus Hermes *in Fascic. Jur. Publ. cap. 11. de jurib. reservat. & regal. &c. num. 72. in fin.* neque tamen omnibus peræquè notam Marq. Freher. *in Not ad P. de Andlo lib. 2. cap. 6. in voc. Receptus in fratrem. pag.* 179. Dicuntur *primariæ Preces* non, quasi primò petentibus concedantur, uti nonnulli volunt, authoritate Abbat. Urspergensis *in Vita Ottonis IV.* Vid. Tob. Paurmeister. *de jurisd. lib. 1. cap. 4. num.* 42. Dan. Otto in *Jur. Publ. cap. 16. p.* 536. Ioh. Henr. Stamler *de Reservat. Imp. §. 51. in pr.* Dn. Ahasv. Fritsch. *de imperial. primariar. Precum jure cap. 1. n. 3.* Dn. Casp. Ziegler in *Not. ad Instit. Lancelotti lib 1. tit. 26. in fin.* sed quòd ipse Imperator pro aliis intercedat, uti ex formulis

Quæst. I. *infrà thes.* 11. 19. *& seq.* constare poterit. Unde etiam *primariæ* dicuntur, vel ob personam Imperatoris, vel ob effectum excellentiorem, quòd ultra modum vulgarium precum necessitatem quandam inferant. *vid. infr. thes.* 32. Germanicè dicuntur **Panisbrief**/ fortassis inde, quòd per ejusmodi Preces præbendam vel beneficium aliquod ad meliorem vitæ sustentationem obtineat *Precista.* Dicuntur etiam **vor-und** *præsentation*-**Schrifften umb Layenpfründe.** Vide *Gl ult. fin* §. 3. *in voc. panes civiles* C. *de quadr. præscript.* P. Matth. Wehnerus *in Observ. Practicis in voc.* **Panisbrief.** *& ib.* Joh. Jac. Speidel. *in Observat. lit. P. n.* 4. *& in Addit. ad Mart. Rumelin. dissertat. ad A. B. part.* 1. *dissert.* 4. *thes.* 17. Dn. Phil. Andr. Burgoldensis, vel potiùs *Oldenburger. in Notit. Rer. Imper. part.* 2. *discurs.* 11. *membr.* 2.

II. Definitur à Variis variè: à *Gerl. Buxtorfio*, potestas, quâ Imperatores in qualibet Ecclesiâ Germaniæ unum ad beneficium Ecclesiasticum præsentare, &, ut is recipiatur, jubere possunt. *ad A. B. th.* 65. *lit. b.* à *Joach. Clutenio*: potestas, per quam Imperator ex antiquâ consuetudine in omnibus cathedralibus Ecclesiis & monasteriis per Germaniam habet suffragium & facultatem, unum Canonicum pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debeat. *in Sylloge Rer. Quotidian. th.* 19. à *Georg Brautlacht.* jus, quo Imperator vel Rex Romanorum, ut & Imperii Vicarii, in qualibet Ecclesiâ Germaniæ unum ad beneficium Ecclesiasticum præsentant, ac ut recipiatur, jubent. *in Epitom. Iurispr. P. lib.* 4. *c.* 5. *thes.* 11. à *Theod. Reinking.* jus, cujus vigore benemeritis vel aliis personis idoneis Imperator primarias preces super beneficiis primò vacaturis in Ecclesiis Germaniæ conferre potest. *in Regim. Secul. & Ecclesiast. lib.* 3. *class.* 1. *cap.* 9. *n.* 56.

III. A *Christoph. Besoldo.* definiuntur quarum vigore Imperator coronatus, ex antiquâ consuetudine in omnibus cathedralibus Ecclesiis atque etiam monasteriis per Germaniæ regnum, suffragium habet atque facultatem unius Canonici pro arbitrio nominandi. *in Dissert. de Majest. sect.* 2. *de Ecclesiast. Majestat. Jure cap.* 4 *n.* 3. *Add.* Eund. *in Thesaur. Pract. lit. P. n.* 45. *in voc. Primariæ Preces vers. Primariæ.* à *Jac. Lampadio*, jus Imperatoris, quo integra est Cæsari in Ecclesiis primò vacantis

cantis beneficii conferendi poteſtas. *in Rep. Romano-German. part. 3. cap. 11. th. 46.* à *Juſt. Simoldo Schutzio*: jus, quo Imperatori jure Majeſtatis in qualibet Germaniæ Eccleſiâ ad beneficia præſentandi aliquem competit, quæcunque illa beneficia fuerint. *vol. 1. J. P. diſp. 5. th. 16. lit. c.* à *Dn. Theod. Sprengero*: jus primariarum precum eſt reſervatum Imperatorium, vigore cujus Imperator in quolibet monaſterio, ut & in omnibus cathedralibus & collegiatis Eccleſiis, in terris Imperii, unam ad beneficium Eccleſiaſticum præſentare poteſt perſonam, tàm in Auguſtanæ, quàm Catholicæ religioni addictis, &c. *in Inſtit. Publ. lib. 1. cap. 6. & 7.* Quæſt. I.

IIII. à *Dn. Hermes*: jus primariarum precum eſt regale Eccleſiaſticum, cujus vigore Imp. benè meritas vel alias idoneas perſonas ad beneficium primò vacaturum in Germaniæ Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis & regularibus Eccleſiis nominare poteſt. *in d. Faſcic. Jur. P. cap. 11. n. 6.* à *Dn. Fritſchio* poteſtas, vi ſuperioritatis Imperatori competens, benè meritis vel aliis perſonis idoneis ſuper beneficio Eccleſiaſtico, majore vel minore, primùm vacaturo promiſſionem faciendi. *in d. Tr. cap. 1. n. 9.* (ubi etiam aliorum definitiones proponit) *& in manual. J. Publ. lit. P. n. 13. in voc. primariæ preces.* Adde *Burgold. d. l.* à *Dn. Zieglero*: jus Imperatoris, quo integra eſt Cæſari in Eccleſiis primi vacantis beneficii conferendi poteſtas. *d. l.* Nobis *jus primariarum precum eſt Regale Imperatoris, quo in ſingulis Capitulis atque monaſteriis immediatis, per totum Imperium, ad certum beneficium Eccleſiaſticum idoneum aliquem ſemel nominare, idq; à Collatoribus, ſimul atque vacaverit & à Preciſta ritè acceptatum fuerit, eidem conferendum mandare poteſt*: quæ omnia ex iis, quæ poſteà dicentur, pleniùs conſtabunt.

QUÆSTIO II.

An jus primariarum Precum ſit Imperatoris.

V.

QUi jejunè nimis de Imperatore noſtro ejuſque poteſtate ſentiunt, ſi ex ignorantiâ vel odio aut invidiâ id faciant

 exteri;

Quæst. II. exteri; ignoſcendum illis eſt; intolerabile autem, ſi à civibus Imperii idem profluat, quorum proh dolor! magna hodiè ſeges eſt! Sunt, qui Capitulationem Cæſareæ Majeſtati detrahere putant; quod tamen rectè negatur à Reinking. *lib.* 1. *claſſ.* 3 *cap.* 9. *n.* 8. *& ſeqq.* Mart. Rumelin. *ad A. B. part.* 1. *diſſ.* 3. *th.* 18. Joh. Limn. *lib.* 1. *I. P. cap.* 12. *n.* 36. *& ſeqq. & ad Capitul. Impp. in Prolegom. ſect* 2. *&* 9 Bened. Carpzov. *ad L. Reg. German. cap.* 12. *in pr. & cap.* 13. *ſect.* 6. *n.* 19. *& n.* 28. *& ſeqq.* Schutz. *vol.* 1. *Jur. Publ. diſp.* 4. *th.* 1. *lit. f.* Dn Sprenger. *in Inſtit. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 28 *circa fin.*

VI. Nam & Pontificis Romani & Galliarum Regis omnium conſenſu illibata Majeſtas eſt & ſuprema potentia; uterque tamen certis legibus pro ſalute & utilitate publicâ ſeſe obligant. De illo atteſtatur Dn. Sprenger. *d. l. lib.* 2. *cap.* 36. *ibi:* „ Proxima eſt electio (Pontificis) ad quam priuſquam „ accedant, certa capitula concludunt, quæ ſubſcribunt (Car- „ dinales) & juratò de illis ſervandis, ubi unus ex illis ad di- „ gnitatem pervenerit, ſtipulantur. Clariùs *Onuphr. Panvinius:* „ Patres conclave ingreſſi diem integrum ſequentem forman- „ dis legibus impendunt, ad ſanam R. P. adminiſtrationem „ maximè neceſſariis; quibus Patrum quiſque ſubſcribens, „ jurejurando votoque promittit, obtemperaturum ſe illis, ſi „ Pontifex fuerit factus. *in Annot ad Clement. V. Platinæ ap. Dn. Herm. Conring. de Elect. Urb. VIII. & Innoc. X. in fin.* Hinc Cardinales ex juſtâ causâ Pontificem deponere poſſe dicuntur; multò magis eidem contradicere. *Vid. Autor.* des Cardinalshuts; *cap.* 7 Exempla, quod Collegia Cardinalium quaſi renitenti Pontifici ſe oppoſuerint, legi poſſunt ap *Cardin.* Oſſatum epiſt. 43. 221. & ſeqq. junct. epiſt. 264.

VII. De hoc ipſe *Joh. Bodinus*, quòd Rex Galliarum, etſi in ſua cauſa, tanquam legibus ſolutus, judex eſſe poſſit, ob æquitatem tamen malit Magiſtratuum, quàm ſua judicia ſubire. Ita tamen, ut Regium nomen reticeatur, & Procuratorio nomine agatur; qui ſedem quoque ac locum mutet, ne publicam ſed privati cauſam agere videatur; *lib.* 3. *de Rep. cap.* 6. *n* 315. Prudenter & nervosè *Dionyſ. Gothofredus*: „ Jure Gallico „ Rex ſibi jus non dicit, ſed jus ei dicitur à Parlamentis; „ & ita nonnunquam causâ cadit, indulgentiæ nonnunquam

ab

ab eo indultæ rejiciũntur: quâ in re tantum abest, ut ejus *Quæst. II.*
Majestati quicquam detrahatur, ut eo nomine securiorem "
eam faciat. *ad l. un. C. ne quis in sua causa. &c.*

VIII. De formulis jurisjurandi, quo Rex Ordinibus se obstringat, agit Bodinus *d. l. lib. 1. cap.* 8. *n.* 88. *& seqq.* additque, " quantum ad Imperii leges attinet, cùm sint cum ipsâ Majestate " conjunctæ, Principes nec eas abrogare, nec iis derogare " possunt &c. De inauguratione Ludovici XIII. *Barthol. Gramondus*: Hæc sacramenti formula ex ritu antiquo: *Promitto, me futurum posthac Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ protectorem, abacturum ditione meâ hæreticos, privilegia Ecclesiæ conservaturum, leges populis daturum ex æquo*: &c. *lib. 1. Hist. Gallic. ad ann.* 1610

XI. Nulla sanè gens tàm stupida ac barbara, quæ non Principes suos ad fidem & tutelam Regni jurandam inauguratione adegerit, Fr. Hottomannus *Disp. de feud. cap.* 32. *in med.* Inter gentes Christianas id vix controversum. Reinking. *d. cap.* 9. *n.* 21. *& seqq.* Limn. *ad Capitul. Impp. in Prolegom. sect* 9. Carpzov. *d. sect.* 6. *n.* 29. Absurdum autem illis omnibus Majestatem denegare. Quin imò per Capitulationem potius conservatur Majestas. Gothofred. *d. l.* uti eleganti simili illustrat *Limnæus* de candelâ, vitreæ capsulæ inclusâ. *d. lib.* 1. *de J. Pub. cap* 12. *n.* 36. Adde Grotium *de J. B. & P. lib.* 1. *cap* 3. *n.* 16. qui eodem modo desinere Imperium summum negat, etiamsi is, qui imperaturus est, promittat aliqua subditis; æquè ac si paterfamiliâs vel maritus uxori aut familiæ, quædam concedat, quæ ad gubernationem domus vel familiæ pertineant. Neutrum namque propterea maritali vel œconomica potestate privari &c.

X. Æquè crassus error istorum est, qui ex imperio vel nihil vel parum redituum ad Imperatorem pervenire putant. Sunt qui olim 20. alii 60. tonnis auri reditus illos constitisse scribunt, sed, uti *Limnæus* censet, liberaliori stylo. *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 11. *&* 12. Fortassis rectiùs alii non ita exiguos, sed majoris esse summæ. Dn. Schutz *in Colleg. J. P. vol.* 1. *disp.* 5. *th.* 17. *lit. a.* Add. *Limn. d. l. in Addit.* 2. Docere id poterunt vel sola Judæorum tributa, qui propterea servi fiscales appellantur. Limn. *lib.* 3.

 cap.

Quæst. 11. cap. 2. num. 48. & ibid. in Addit. 2. & lib. 5. cap. 7. in Addit. 1. num. 238. pag. 845. Und auch alle Juden mit Leib und Gut in Unser Cammer gehörend und in Unser gewalt und händen sein/ daß wir mit Unserer mächtigkeit damit thun und lassen mögen/ was wir wollen &c. *& ad Capitulat. Carol. V. art. 23. in voc.* andere gefälle. *num 7. & seqq.* Quorum singuli tàm fœminæ quàm masculi, tàm minores quàm adulti, indistinctè Imperatori noviter electo aureum præstare tenentur, qui Cronsteur appellatur; & annuatim quoque aureum in festo incarnationis Domini, qui Opfferpfenning vocatur. Vid Guil. Rodingus *in Pand. Cameral. lib. 4. tit. 17. vers. Tertiò.* Limn. *in d. Addit. 2. ad lib. 3. J. P. cap. 2. num.* 48. Sed extra ordinem collectæ quoque illis imponuntur, in quibus ditiores egenis succurrere tenentur. *R. J. de ann.* 1512. *§. item.* Roding. *d. l. vers. Secundo.* quarum decimam partem Elector Moguntinus sibi vindicat. Limn. *lib. 4. J. P. cap. 7. in Addit. 1. pag.* 459 *in fin.*

XI. Sicuti autem prius illud reservatum, uti vocant, Imperatoris ærarium maximè juvat; ita hoc nostrum axioma de primariis Precibus authoritatem illius adauget; quippe quo benemeritis absque ullo incommodo præmia elargiri opima potest. Ita *Wehnerus*: Panisbrief rc. sind die vorschrifften umb Layenpfründe und præsentation schrifften eines Keysers auf ein Gotteshauß/ umb eine Pfründe zur Küchen und Keller einem alten Diener rc. & paulò pòst. Als wann ein Keyserl. alter Trabant/ Hetschier oder ein alter wohlverdienter Diener vom Keyser eine solche vorschrifft umb Layenpfründ oder panis-brief/ an eines Stifts Abt/ Probst/ Dechant/ Kloster oder Stift/ so von demselben zu Lehen gehen/ außbringt und außgebetten hat/ in vornehmung und hofnung in denselben Clöstern oder Stifften zu ihrer enthaltung Pfründe oder Leibgedinge damit zuerhalten. *in Observat. lit. P. in voc. Panis*-briefe rc. & *Ad Kell.r*: Existimo Imperatori in Germania ratione universalis prote-

ctionis Ecclesiarum jus competere, emeritum aliquem palatinum & veteranum Curialem cœnobiis alendum destinandi, " einen Provisorem in ein Gotteshauß zuverordnen. *de Offic. Juridico-Politic. lib. 2. cap. 13. num. 21.* *Quæst. 11.* "

XII. Et jus illud extra omnem controversiam Imperatori, præter *supra thes. 2. & seqq. & infra thes. 15. & seqq.* allegatos, etiam ab aliis laudati Authores tribuunt. Nic. Boerius *part. 2. decis. 32. n. 8.* Quintil. Mandosa *ad Regul. 11. Cancellar. quæst. 13. num. 8.* Johan. Azorius *lib. 10. Inst. Moral. part. 2. cap. 7. vers. Quintò.* Rota Romana *Decis. 841. in pr. in antiq. P.* Gregor. Tholosan. *lib. 17. Syntagm. c. 7. n. 21.* Joach. Stephan. *de jurisd. l. 4. c. 12.* Christoph. Lehmannus *in Philyra A. B. ad. tit. 5. conclus. 6. quæst. 2.* Valent. Riemer. *in dissert. de Veter. Magistrat. & hodiern. jurisd. Sect. 2. posit. 6* Facit textus *in J. P. Osnabrug. artic. 5.* ibi: *Ubi S. Cæsarea Majestas jus primariarum Precum exercuit, exerceat etiam imposterum; dummodo decedente A. C. addicto in ejus Religionis Episcopatibus A. C. addictis ad normam statutorum & observantiæ idoneus precibus fruatur: in mixtis verò ex utraque religione sive Episcopatibus sive aliis locis immediatis Precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans religionis consors possederit.*

XIII. Neque hîc distinctionem facimus inter imperatorem & Regem Romanorum, qui mortuo Imperatore ab Octoviris legitimè fuerit electus. Nam hic statim atque electus est electionemque acceptavit, pleno jure administrat. Paurmeister. *lib. 2. cap. 4. num. 5. Add. infr. th.* 41. uti & ante A. B. per Lud. Bavarum Imp. in Comitiis constitutum. *Vid. th. seq.* Alia ratio, si R. Romanorum vivo Imperatore designetur; quippe cui nec jura Majestatis, nec ullam aliam potestatem sine mandato Imperatoris exercere licet. *Vid. Capitulat. Rud. II. art. 32.* ibi: Wir sollen und wollen Uns auch keiner Regierung/ noch administration im H. R. Reich weiter oder anders unterwinden/ dann so viel uns deßen von K. M. gegönnet und zugelassen wird; daß wir auch Ihr K. M. die zeit ihres lebens an ihrer hoheit und würden des Keyserthumbs keine irrung oder eintrag thun sollen und wollen. Paurmeister. *d. l. cap. 5. num. 12.* Limn. *in Annotat. ad d. art. Capitulat. Rud. II. pag. 524.* Carpzov. *in Prax. Crimin. part. 1. quæst. 41. n. 52. & seqq.*

Quæst. III. & seqq. & ad L. R. German. cap. 11. sect. 4. & 5. Dn. Fritsch. *de jur. prim. Prec. cap. 3. num. 4. Add. infr. th. 47.*

QUÆSTIO III.

An Imperator jus illud à Pontifice habeat?

XIV.

PОntificem Romanum sibi in Imperatores reliquosque Principes Christianos Imperium arrogare, tralatitium est; quod tamen illi minimè concedunt, sed solum Deum atq; ensem superiorem agnoscunt. Math. Stephan. *de jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 3. num. 13.* Reink. *lib. 1. class. 3. cap. 7. in pr.* Dn. Becker. *in Synops. lib. 2. cap. 4. circ. pr.* In Germania jam ab ann. 1338. communi consensu Statuum in Comitiis Coloniensibus decretum est, Imperium minimè dependere à Pontifice; qui contra asserat, omni dignitate, privilegio ac feudo esse privandum & pro reo læsæ Majestatis habendum. Vid. Reinking. *Id. lib. 1. cl. 2. cap. 4. num. 2. & seqq.* Joh. Wurmser. *Exercit. 1. J. P. quæst. 10.* Ipsa constitutio extat ap Reinking. *d. l.* & Goldast. *tom. 1. Constit. Imperial. ad. ann. 1339. Add. infr. th. 42.* Hinc gravissimæ difficultates subortæ, cùm Illustrissimus Princeps, Dn. Johannes Antonius ab Eggenberg, nomine Ferd. III. Imp. Augustissimi ad Urbanum VIII missus esset, ut *solitam observantiam* exhiberet; Pontificiis, *obedientiæ* juramentum exigentibus. Adeò enim utrinque obfirmati fuère animi, ut Cæsarei potiùs à sumptuosissimâ legatione, cujus similem Roma ab immortali tempore non vidit, re infectâ discedere, quàm hisce inusitatis terminis Imperio Cæsareæque Majestati aliquam subjectionis labem aspergere mallent. Res tandem ita composita, ut Pontificii verbo *obedientiæ*; Legatus verò *observantiæ* in suis Orationibus uterentur. Dn. Becker. *d. cap. 4. num. 2.* Dn. Sprenger. *in Instit. J. P. lib. 1. cap. 4* Add. Limn *lib. 5. cap. 7. in Addit. 1. p. 858.* & Paurmeist. *lib. 2. de jurisd. cap. 4. num. 5. & infr. d. th. 42.*

XV. Cæterum an primarias Preces Imperator jure suo, an verò

an verò beneficio Pontificum habeat, controvertitur. Posterius affirmare creditur *Guil. Durandus sive Speculator*, ibi: Item « nota, quòd Imperator habet privilegium, quod ego vidi bullatum, quod in qualibet Ecclesiâ Alemanniæ possit facere « unum recipi &c. *In Speculo lib. 4. part. 3. de prabend. & dignitat.* « *in §. restat. num. 7.* ubi *Joh. Andreæ* Adverte, *ait*, quod istud « privilegium, de quo etiam scripsi *in decret. Js cui. eod. tit. lib. 6.* « Imperatori non dat collationem, sed potestatem faciendi recipi; unde solent dici tales, *Recepti ad primarias preces Imperatoris. in Addit. ad d. l. lit. c. Vid. infr. th. 67.* Adde quoque Ant. Corset. *de potest. Reg. part. 2. num. 9. & 10.* Restaur. Castald. *de Imperat. quæst. 100. num. 14. & seq.* Apertè *Gailius*: Hinc apparet, « valere Cæsareas Preces primarias super beneficiis primò vacaturis; quas Pontificis indultu & privilegio Cæsar benemeritis vel aliis personis idoneis conferre consuevit &c. *lib. 2. Obs.* « *155. in fin.* Ita sentiunt quoque Petr. Syringius *de Pac. Religios. th. 31.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 418. num. 1. & 14.* Matth. Stephani *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. memb. 1. num. 116. & seqq. & lib. 3. part. 1. cap. 4. num. 18. & seqq.* Besold. *in Thesaur. Practic. lit. P. num. 45. in voc. Primariæ Preces. vers. Primariæ.* Lampad. *de Rep. R. Germanic. part. 3. cap. 11. num. 46.* Mart. Rumel. *part. 1. diss. 4. ad A. B. thes. 17.* & plurimi alii ap. Buxtorfium *ad A. B. thes. 65.* *Quæst. III.*

XVI. Omnem scrupulum eximere videtur *Dn. Joh. à Chokier*, quondam Canonicus & Vicarius Generalis Leodiensis, ut & Abbas Secularis Visetensis (cujus ut & fratris *Erasmi* celebre inter Literatos nomen,) qui ipsum indultum Pontificis Pauli V. ann. 1620. Ferd. II. concessum exhibet, & in quinque sectiones divisum scholiis suis & additionibus illustravit; quod ita incipit: *Paulus Episcopus, servus servorum DEI, Charissimo filio Ferdinando Romanorum Regi illustri, in Imperatorem electo, salutem & Apostolicam benedictionem! Cùm post factam de persona Tuâ per S. R. I. Principes Electores in Regem Romanorum electionem ac per Nos pro universa Reip. salute confirmatam, nuper Nobis significaveris, Te summoperè desiderare, personas Tibi gratas & acceptas, gratiâ & munificentiâ aliquâ, beneficia Ecclesiastica consequi posse. Nos*, &c. Et paulò pòst, *verùm etiam,*

 tan-

Quæst. III. *tanquam ipsius Ecclesiæ legitimus pugil & athleta adversus Schismaticorum & Hæreticorum Turcarum tyrannum, ac fidei & Christiani nominis hostes, insanias & furores spiritualiter & temporaliter armaris, & in dies arma hujusmodi jugiter exequeris; ea Tibi favorabiliter concedamus, quæ Tuæ Celsitudini cedant ad honorem & per quæ eisdem benemeritis personis Te munificum reddere possis, ope authoritatis Apostolicæ, exhibitione gratiarum &c. d. l. sect. 1. in pr.* & ex eo Wolffg. Sigismund. à Vorburg. *in Parat. Jur. Canon. class. 8. tit. Preces Primar. Imperator. p. 697. Add. infr. th. 39.*

XVII. Contrariam sententiam defendunt Bernard. Græveus *lib. 2. concl. Pract. 155. Consid. 1. n. 3.* Dominic. Arumæus *Discurs. 3. ad A. B. th. 35.* Joach. Clutenius *in Sylloge Rer. Quotid. th. 19. lit.* b. Reinking. *de Reg. S. & E. lib. 3. clas. 1. cap. 9. n. 57. & cap. 1. n. 14.* Tob. Paurmeist. *de jurisd. lib. 1. c. 4. n. 44. & seqq.* Ad. Keller *de offic. Iurid. Politic. lib. 2. cap. 13. n. 2.* Dan. Otto *in Dissert. de J. P. cap. 16. p. 558.* Casp. Klock. *lib. 1. cons. 4. n. 20. & seqq.* Carol. ab Hagen. *in Inst. J. P. lib. 3. cap. 3. num. 13.* Georg. Braudl. *in Epit. Jurisprud. Publ. lib. 4. cap. 5. th. 11.* Bened. Carpzov. *de L. R. Germ. cap. 11. sect. 15. n. 22.* Joh. Limn. *in J. P. lib. 2. cap. 9. n. 3. & seqq.* Speidel. *in Addit. ad Rumelin. d. l.* Dn Schutz *in Colleg. I. P. vol. 1. disp. 5. th. 16. lit. C. & vol. 2 disp. 4. th. 13. circ. fin.* Dn. Fritsch. *in Tr. de jure primar. Prec. cap. 2. n. 10. & seqq. & in Manual. lit. P. in voc. Primar. Precum jus n. 13.* Dn. Burgold. *d. l.* Dn. Sprenger. *d. l. lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 4.* Dn. Joh. Otto Tabor *de Regim. Imperant. Ecclesiast. sect. 2. th. 2. in fin.* Dn. Hermes *d. l. cap. 11. n. 8.*

XVIII. Cui opinioni calculum quoque nostrum adjicimus. *arg. can. hinc est. 39. ibi: sive regali provisione. caus. 16. quæst. 1. Fac. can. nunc verò. 20. caus. 9. quæst. 3.* Constat enim summo Principi regimen Ecclesiasticum quoque jure merito competere. *Deut. 17. vers. 19.* Josuæ 1. *vers.* 8. ad Rom. 13. *in pr. Nov. 69. in præfat. Nov. 30. cap. 9. §. 1. Nov. 113. cap. 1. can. res autem. 21. caus. 23. quæst. 5.* quod nec Imperatores nostri diffitentur. *R. I. de ann.* 1530. §. Auff solch unser. ibi: wie uns als Röm. Christlichem Keyser / Obristen Vogt und Schirmherrn der heil. Christlichen Kirchen von Amptswegen / unserm Gewissen nach / gebühret. &c. *R. I. de ann.* 1544. §. Erstlichen. ibi: inmassen

ſen dann wir in Krafft unſers Keyſerl. Ambts zu befór- *Quæſt. III.*
dern ſchuldig &c. & ibid. §. derhalben. *R. I. de ann.* 1545. §. Dieweil aber. *R. I. de ann.* 1548. §. Nach dem auch. Vid. Reinking. *d. l. claſſ.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. *& ſeqq.* Dn. Tabor *d. l. th.* 6. *& ſeqq.* Dn. Fritſch. *d. l. n.* 47.

XIX. Faciunt huc antiquiſſimæ Imperatorum formulæ, in quibus nulla mentio Pontificis, qualis eſt Rudolphi I. de ann. 1273. RUDOLPHUS DEI GRATIA Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, honorabili in Chriſto devoto Abbati &c. gratiam ſuam & omne bonum! *Cùm ex antiquâ & approbatâ ac à divis Imperatoribus & Regibus, inclytæ recordationis, noſtris Anteceſſoribus, usq; ad Nos productâ conſuetudine* quælibet Eccleſia in noſtro Imperio Romano conſtituta, ad quam beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficii Precum noſtrarum primarias admittere teneatur; Devotionem Tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Eccleſiaſtico beneficio, quod ad Tuam collationem attinet, ob reverentiam S. Imperii & noſtram, ſi quod vacat in præſens, vel quam primùm vacaverit, ſtudeas liberaliter providere; taliter faciens, quod Devotionem Tuam Noſtra Serenitas debeat meritò commendare, & ad tua juſta deſideria facilis inveniri. Datum Regni noſtri anno primo. ap. Joh. Naucler. *generat.* 43. *in fin.* Chokier *d. l. in Proœm. n.* 11. Goldaſt. *tom.* 3. *Conſtitut. Imperial. ad ann.* 1273. *p.* 406.

XX. Pertinet huc quoque formula Caroli IV. de ann. 1353. 6. KL. Decembris ad Præpoſitum & Conventum Canonicorum Regularium Monaſterii in Revengersburg, Ordinis S. Auguſtini, Moguntinæ diæceſeos, pro Petro Conradi de Dylle, Presbytero directa; in quâ gratiam illam à Deo ſibi & *non ſolùm ex antiquâ conſuetudine, verùm etiam jure* competere profitetur, ut in quolibet Monaſterio in Imperio conſtituto, ex coronationis ſuæ ſolenniis unam tantùm perſonam, virtute primariarum Precum ad beneficium Eccleſiaſticum faciat promoveri. &c. *Vid.* Goldaſt. *tom.* 1. *Conſtitut. Imperial. ad. d. ann. p.* 343. Freher. *in Not. ad P. de Andl. lib.* 2. *cap.* 6. *in voc. Receptus in fratrem. pag.* 179.

Quæst.IV. XXI. Unde dicendum, si fortè in concessionibus Imperatoris, authoritatis Pontificiæ mentio fiat, id fieri non quidem necessitatis, sed majoris cautelæ gratiâ; ne sc. Pontificiis, qui omne illud jus soli Pontifici tribuunt, ansa detur contra rescripta Imperatoria excipiendi. Klock. *d. part. 1. consil. 4. n. 22. Stamler de Reservat. §. 51. n. 3. Add. infr. th.* 31. Quod non leviter quoque innuit Dn. » Chokier *in dedicat. prælaud.* Operis ad Ferd. III. ibi: Præsertim, » quòd Sacram suam Cæsaream Majestatem, juxta Divorū Cæsa- » rum prærogativas, indubiè idem indultum, à S. Sede assequu- » turam fore, seu etiamnum assequutá esse, credatur. Hisce præ- » lucentibus, liquidò ejusdem suæ Majestatis Beneficiarii desi- » derata opportunè consequentur & *ex faciliobstacula, si quæ obve-* » *niant, amovere poterunt*, fulti præsertim præsidio & authoritate » ejusdem Majestatis Vestræ Cæsareæ &c. Declarant hoc quoque formulæ istarum Precum, quibus hodie Imperatores » utuntur. ibi: Quare cùm Nobis ad Prædecessorum imitatio- » nem ex inveteratâ consuetudine, *etiam* Apostolicâ authorita- » te per S. in Christo Patrem N.N. roboratâ, jus competat, &c. Vid. Chokier *d. l. in Proœmio n.* 12. Paurmeist. *d. cap. 4. n. 51. & seqq.* Wolffg. Sigism. *à Vorburg. in Parat. Jur. Can. class. 8. pag. 706.* Dn. Schutz. *d. th. 13. circ. fin.* Dn. Hermes *d. n. 8. in fin. n. 13. & n. 47.* Dn. Fritsch. *d. cap. 2. n. 30. & n. 36. in Mantiss. IV. ibid. §. licet.*

QUÆSTIO IV.

An Jus primariarum Precum etiam aliis competat?

XXII.

Etiam Laico potestatem à Pontifice concedi posse conferendi beneficia, in confesso est. *arg. can. nemini. 28. caus. 17. quæst. 4.* Phil. Decius *in cap. Episcopus. 4. n. 7. & seqq. de præbend.* Dn. Herm. *in Fasc. Jur. P. cap. 11. de jur. reservat. n. 9. vers.* ℞. 1. Quippe qui in omnibus beneficiis Ecclesiasticis liberam habere credatur potestatem. *cap. 2. de præbend. in 6. cap. dilectus. 34. X. de præbend. can. nunc verò. 20. caus. 9. q. 3.* & in specie jus conferendi beneficium vacaturum *d. cap. 2. & cap. dilectus. 19. X. eod. Gl. ad cap. quod translationem. 4. in voc. reservata. X. de Offic. Leg.* Dn. Sprenger

in

in Instit. J. P. lib. 2. cap. 32. Ita Pontificum beneficio Reges Neapolitani facultatem habent nominandi Episcopos in 40. primariis Ecclesiis. Chokier *in Proœm. Scholior. in prim. Prec. n. 5.* Eodem modo Angliæ & Hungariæ Regibus conferendi Canonicatus & præbendas potestatem competere, tradit Bl. *in l. pen. vers. Idem committit. C. de prec. Imper. offer.* Idem dicendum de Regibus Galliæ. Jac. Aug. Thuanus *lib. 1. Histor. ad ann.* 1515. Chokier *d. n. 5.* Card. Ossatus *epist.* 101. *&* 106. Hispaniæ; quibus Adrianus VI. jus præsentandi Abbates aliosque præfectos Ecclesiarũ collegiatarũ & regularium, dicitur indulsisse. Chokier *d. l. n.* 18. Ita Universitas Coloniensis habet jus nominandi in tribus mensibus Papalibus. Dn. Hermes *d. cap.* 11. *n.* 9. *in fin. & n.* 10. Et Lovaniensis ex concessione Pauli V. conferre potest omnia beneficia in civitate & patria & tota Diœcesi Leodiensi per obitum vacantia &c. Chok. *d. l. Sect.* 2. *n.* 89. Quæst. IV.

XXIII. Non confundendum autem est illud jus cum jure Parronatus, quod quis vel per fundationem. *can Abbatem. 4. caus. 18. quæst. 2. can. quicunque. 30. can. decernimus. 32. caus. 16. quæst. 7. cap. nobis. 25. de jur. patron. Nov. 123. cap. 18.* aut dotationem. *can. p. 26. can. filiis 31. can. monasterium. 33. caus. 16. quæst. 7.* vel constructionem Ecclesiæ *d. can. 31. & d. cap. 25.* vel etiam præscriptione (idem dicendum de privilegio. arg. *c. cùm contingat. 13 X. de for. compet. c. novit. 13. vers. Non enim. X. de judic.*) acquisivit. *cap. cura. 11 X. de jur. patron. cap. querelam. 24. X. de elect. cap. generali. 13. in fin. eod. in 6. Vid.* Henr. Canis. *Instit. Jur. Can. lib. 2. tit. 29. §. inducitur.* Nam si Principum facultatibus excitata, fundata vel dotata sint collegia & Ecclesiæ, eorum beneficiorum liberam vel ipsi Pontifices relinquunt collationem; etiamsi in Pontificiis indultis præstantissimæ & derogatoriarum derogatoriæ clausulæ sint insertæ. *arg. d. cap 2. de præbend in 6. cap. cum dilectus. 28. de jur. patron.* Chokier. *d. l. sect. 2. n 39.* Matth. Stephan. *de Jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 4. n. 19. Add. infr. th.* 52. Et hujusmodi Collegia Rex Catholicus, tùm in Hispaniâ, tum in Belgio possidet; quorum Sacerdotia absolute proprio jure confert nec ullis diplomatibus Pontificiis datur hîc locus, nisi priùs Principis placitum accesserit, idque ex pactis inter Pontifices & Reges olim conventis, ad reprimendos gratiarum expectivarum abusus. Chokier *in d. Proœm. n. 5. & seqq. Add. inf. th.* 34.

 XXIV. Alii

Quaest. IV. XXIV. Alii jure praeeminentiae & regalium, non beneficio Pontificis praesentationes & nominationes, uti Imperatori, ita caeteris Principibus competere asserunt. Vid. Buxtorf. *ad A. B. thes.* 65. *lit. b.* Besold. *de Majestate sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Klock. *d. part.* 1. *consil.* 4. *n.* 20. *seqq. & n.* 57. Carpzov. *d. c.* 11. *sect.* 15. *n.* 23. Hagen. *Instit. J. Publ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 13. *p.* 417. quod non improbandum. *vid. supr. th.* 17. & 18. modò illi praerogativae vel expressè vel tacitè non renunciaverint. Et sanè requirit obedientia inferiorum, ut preces quasi armatas ob Imperantis & Imperii reverentiam admittant. Speidel. *in Observat. l. t. P. n.* 4. *in voc.* Panisbrieff. *Vid. supr. th.* 19 & *infr. th.* 75. Interest enim Reip. ne Caesaris authoritas evilescat; imò ipsorum Conferentium, qui faventiorem sibi Principem meritò pollicentur. *d. l.* Quanquam ratio status quoq; requirat, ut totius Reip. caput, in singulis Capitulis aut Monasteriis, vel unum habeat sibi penitiùs addictum. Unde *Dn. Chokier arg. c. lectis.* 18 *dist.* 63. laudat illam consuetudinem, quâ Praelati mors Principi indicatur; quòd sc. plurimùm Principis interesse possit, ne Praelati suspecti in suo regno constituantur. *d. l. in Proaem. n.* 20. Add. Azor. *Instit. Moral. lib.* 10. *cap.* 5. *vers. septimò.*

XXV. Jus itaque primariarum Precum inter Regalia & Reservata Principis referri certum est; quippe quod ab ipso Imp. Matthiâ in *Rescript. ad Episc. Spir.* de ann. 1614. vocatur Unser ansehnlich jus und regal. ap. Klock. *d. l. in fin.* Dn. Fritsch. *de jur. prim. Prec. in append. Mantiss III.* Dn. Burgold. *in Notit. Imper. part.* 2. *disc.* 11. *memb.* 2. An ergò aliis communicari poterit? N. videtur Dn. Sprenger. *d. l. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 10. Sed reclamant exempla, quibus Imperatorem id aliis Principibus in certis districtibus concessisse constat. Dn. Hermes. *d. cap.* 11 *n.* 15. Ita Wenceslaus ap. *Goldastum tom.* 1. *Constit. Imperial. ad ann.* 1375. *p.* 375. Ruperto seniori Comiti Palatino & Electori per dioecesin Spirensem & Wormatiensem id indulsisse legitur. Limn. *lib* 2. *J. P. cap.* 9. *n.* 3. & 6. & *Dn. Chokier* Adverte, *ait*, quòd non solùm nominati per Caesarem gaudent hâc praerogativâ Precum, sed etiam nominati per eum, cui illud à Caesare cessum est. Unde nominati à Serenissimo Electore Coloniensi, censentur nominati à Caesare; quia nominatus de mandato alterius

terius, cenſetur nominatus à mandante, &c *d.l.ſect.2. in pr.& Quæſt. IV. & in addit. n.59,*

XXVI. Et idipſum juri communi convenit, quippe quod permittit, ut is, qui poteſtatem conferendi habeat, alii eam demandare poſſit. *arg. cap. conſtitutus.*11.*X. de conceſſ. prœbend.* An ergò Vicariis Imperii jus primariarum Precum competet? Aff. Si talis poteſtas ſpecialiter expreſſa ſit. *arg. cap. fin. ibiq; Gl. de Offic. Vicar. in 6. cap.3. ibiq; Gl. in fin. de prœbend. in 6.* Dn. Schutz *in Colleg. J. P. vol.1. Diſp.5. th.16. lit. a.* Ita Rupertus Imperator, in Italiam diſcedens, cùm Ludovicum F per Germaniam, Galliam & Regnum Arelatenſe Vicarium Imperii conſtitueret, expreſsè addidit: ad canonicatus & præbendas ac dignitates, etiamſi curatæ ac electivæ, & majores poſt Pontificiales in Metropolitanis & Cathedralibus, ac principales in Collegiis exiſtant, perſonatus, Eccleſias parochiales & beneficia & officia, Eccleſiaſtica ſ. temporalia, dum & quoties vacaverint, perſonas aptas & idoneas præſentandi &c. ap. Gold. *tom.1. Conſtit. Imperial. ad ann.*1401.*p.*382. Buxtorff. *d.l.th* 65.*lit.b.* Hagen. *d.l.* Et hinc Vicariis Imperii ordinariis id *A B. tit.*5. apertè tribuere dicitur, uti communiter Dd. cenſent. *Vid.* Buxtorff. *d.l. lit. a.* Dn. Schutz *d.l. lit.b.* Carpzov. *d. cap.* 11 *ſect.*15. *n.*21. Dn. Becker. *in Synopſ. I. Imperij lib.2. cap.7. n.7.* Dan. Otto *diſſ. de J. P. cap.* 16. *p.*558. Dn. Fritſch. *in Manual. J. P. d.l. lit. P. & de jur. prim. Prec. cap.3. num.5. & 6. Add. ſupr. theſ.2.* Sed pace tantorum Virorum! Nobis ſuſpecta videtur illa doctrina, ſi ſimpliciter admittamus. Nam neque exemplum illud neque verba A.B. ad Jus primariarum Precum quadrant; quippe quod ſemel tantùm exercetur. *Vid. inf. th.*45. Adde quòd odioſum Jus primariarum Precum Doctores eſſe doceant; cùm ordinariorum Collatorum jura imminuat. *arg. cap. quamvis.*4. *de prœbend. in 6.* uti cenſent Coſm. Guiſmier. *ad Sanct. pragmat. Caroli VII. G. R. de ann* 1438. *tit. de collationibus. §. non tamen. in voc. beneficio. p.*286. Chokier. *d. l. ſect.2.n.17. n.24. verſ.9. in fin. n.29. in fin. & n.78.* Dn. Hermes *d. cap.* 11. *n.*14. Dn. Fritſch. *de jur. prim. Prec. cap.1. circa fin.* Ergò eo fortè caſu demum Vicariis id permittetur, ubi decedens Cæſar id non exercuit vel exercere nequivit. *Vid. infr. th.70. & ſeq.*

XXVII. Sed

Quæst. IV. XXVII. Sed quid de Imperatrice statuendum? Ipsa quidem legibus soluta non est, tamen Imperator eadem illi privilegia tribuit, quæ ipse habet. *l. Princeps. 31. ff de LL. l. fiscus. 6. in fin. ff. de jur. fisc.* Quanquam, si quid Principi relictum, eo deficiente ad Successorem quidem pertinet; secus tamen est in Augustâ. *l. quod Principi. 56. & seq. ff. de leg.* 2. Unde crimen læsæ Majestatis in eam committi negant Limn. *lib. 2. de J. P. c. 14. n. 25. & seqq. ibiq; in Addit. II. n. 31. pag. 73.* Schutz *vol. 1. J. P. Disp. 3 th. fin. lit. c. in fin.* Dn. Becker. *d. l. lib. 2. cap. 5. in fin.* Sed fortè contrarium verius est, quod tuetur C. *J. A. ad L. Jul. Majestat. th. 6 in fin.* Valent. Riemerus *Quæst illust. dec. ult. quæst.* 1. Joh. Harpr. *ad §. 3. Inst. de publ. judic. n.* 44. Wilh. Ludvvell. *Exercit. ad Instit. ult. th. 2. lit. d.* An jure Precum primariarũ gaudeat, ambigitur. Olim id ab Eadem usurpatum, videntur asserere Besold. *in Thes. pract. lit. P. n. 45. in voc. Primariæ Preces.* Dn. Fritsch. *in Manual. J. P. lit. p. n. 13 in voc. Primar. Precum. vers. idem jus. & de jur. prim. Prec. cap. 3. n. 15.* Verum rectiùs simpliciter Imperatrici jus illud per *d. l. 31.* tribuit Paurmeist. *de Jurisd. d. lib. 1. cap. 4. n. 41.* Fac. *cap. fin. X. de concess. præbend & inf. th. 75.*

XXVIII. Sed annon reliquis quoque Imperii Principibus in suis id territoriis competet? Nulli ambigimus. Cùm enim illi per notissimam regulam, tantum in illis possint, quantum ipse Imperator in Imperio; non possumus id iisdem denegare; putà in Collegiis & Monasteriis sibi subjectis. Ita Jus primariarum Precum sibi vindicare Electores Brandeburgenses in primo introitu administrationis suarum provinciarum, in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, quas vulgò appellant *preces Electorales* & donare consueverint intimis suis Ministris vel Officialibus, ex *Scheplitz Consuetud. Marchic. part. 1. tit. 1. §. 2. & 3.* docet Limn. *J. P. lib. 2. cap. 9. in Addit. 2. n. 2. p. 47.* Add. Wehn. *in Observ. Pract. lit P. in voc.* Panis-
„ brieff *in fin. p.* 398. ibi: Demnach begehren wir / als Rö-
„ mischer Keyser und Regierender Herr der Landvogtey
„ Hagenau / darunter dein Gotteshauß ohn mittel ge-
„ hört / an dich / mit ernst befehlend / du wollest in Krafft sol-
„ ches löblichen alten Herkommens und Gewohnheit / dem-

selben

selben N. den Wir dir hiemit præsentirt haben wollen/eine " *Quæst. V.*
Pfrund von Küchen und Keller geben / und Uns das nicht "
abschlagen noch verziehen / das wollen wir Uns zu dir "
gäntzlich versehen / und thust daran zusampt der billich- "
keit / unsere ernstliche Meinung &c. De Precibus prima- "
riis Archi-Episcopalibus, quæ Electori Moguntino competant, in omnibus Ecclesiis & beneficiis sui Archiep. *Vid.* Wolffg. Sigism. à Vorburg. *in Parat. J. Can. class.* 8. *p.* 789. *& seq.* Quod idem jus Archiep. Coloniensi tribuit Dn. Hermes *in fascic. J. P. cap.* 13. *de EE. Eccles. in genere, in fin.* Add. Eund. *cap.* 11. *n.* 47. *in fin.*

QUÆSTIO V.

An Precibus primariis sit deferendum?

XXIX.

NEgari id primùm videtur ex eo, quòd votum captandæ mortis inducant; qualia jure nostro invalida sunt. *arg. l. fin. in med. C. de pact. l. de fideicommisso.* 11. *C. de transact.* Contra bonos mores namque est & J. Gentium, de futurâ successione cogitare. *arg. l. ex eo.* 4. *C. de inutil. stipulat. l. donari,* 29. *in fin. ff. de donat.* & improbus is dicitur, qui de alterius successione est sollicitus. *arg. l.* 2. §. 2. *in fin. ff. de vulg. & pupill. substit. l. ita tamen.* 27. §. *à patre* 4. *ff. ad SCtum Trebellian.* Optimè *Concilium Lateranense*: Nul-
la Ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia vel Ecclesiæ tri- "
buantur alicui seu promittantur, antequam vacent; ne deside- "
rare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & benefi- "
cium se crediderit successurum. Cùm enim in ipsis etiam legi- "
bus Gentilium inveniatur inhibitum; turpe est & divini ple- "
num animadversione judicii, si locum in Ecclesia DEI futuræ "
successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles con- "
demnare curarunt *in cap.* 2. *cap. constitutus.* 11. *X. in fin. de conceß. præ-* "
bend. cap. 2. *eod. in* 6. *Vid.* Matth. Stephan. *lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 18. *per tot. & ibid. post n.* 61. *in subjunct. Disputat. de Conceßion. & exspectativ. Professor. Paroch. &c.* ubi *eas omni jure prohibitas esse* prolixè conatur ostendere. Adde *de incommodis exspectativarum* Guismier. *ad*

sanct. Pragmatic. Carol. VII. G. R. tit. de collat. §. *cui rei. pag.* 244. *& seq.* Rebuff. *in Prax. Benefic. part.* 1. *tit. de exspectativ. n.* 4. *& seq. p.* 90.

XXX. Non nimis tamen hæc sunt extendenda, ne omnem successionem legitimam & fidei commissorum usum tollamus. *Vid.* Limn. *de I.P. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 159. Nam. & J. Feudali expectativæ hujusmodi gratiæ receptæ sunt. *arg.* 1. *Feud.* 3. *&* 27. 2. *Feud.* 35. Et in Principibus atque illustribus personis votum captandæ mortis cessat. Gail. *lib.* 2. *Obs.* 127. *num.* 2 maximè Germanis. Lim. *d. l. n.* 148. quippe quod Italis sit relinquendum, attestante Zasio *lib.* 1. *cons.* 1. *n.* 38. *Add.* Stephani *d. l. cap.* 18. *n.* 38. Id quoque, quod de concessione beneficii vacaturi vetitum, DD. cum illo moderamine accipiunt, ut procedat in promissione beneficii certi hominis; secus si concessio sit generalis & incerta, super primâ præbendâ vacaturâ in tali Ecclesiâ, &c. Salic. *ad d. l. ult. circ. fin. C. de pact.* Quod idem ad primarias Preces rectè explicat Gail. *d. l. observ.* 155. *in fin.* Besold. *in Thes. pract. lit. P. in voc. primaria Preces. n.* 45. *vers. Ac uniones.* Dn. Chokier *in Proœm. Scholior. ad Preces primar. n.* 3. *vers. Neque tamen.* Dn. Hermes *in Fasc. I. P. cap.* 11. *de Reservat. Imp. n.* 9. Dn. Fritsch. *de jur. Prec. prim. c.* 1. *n.* 14. *& seq.*

XXXI. Sed annon *Concil. Trident. cap.* 19. *Session.* 24. sustulit Preces primarias? Ita putavit Archiepiscopus Cameracensis. Nam cùm Philippus de Monte à Ferd I. Imp. easdem impetrasset, iis legitimè Archi-Episcopo intimatis, vacaverat in Ecclesiâ *B. Mar. Virg. Cameracensis* Thesauraria; de qua licet vigore dictarum Precum providendus fuisset Precista, qui intra tempus debitum acceptaverat; collata tamen fuit alii, ideò quod *d. Session.* 24. indulta hujusmodi essent prohibita per Concilium, neque Imperatoris Preces exceptæ. Sed re ad *Congreg. Ill. Cardinal. Concilii illius Interpret.* delatâ, contrarium ipsa censuit, maximè, quia si illæ etiam prohibitæ viderentur, earum fuisset mentio facta. *arg. l. item apud.* 15. *hoc edictum.* 26. *ff. de injur.* Approbata à Pontifice Pio IV. illa interpretatio; qui addidit, fuisse quidem, qui ne quidem Imperatorem in formando illo decreto excipiendum arbitrati fuerint, sed prævaluisse communem Patrum sententiam. *Vid.* Chokier *d. n.* 3. *vers. multò minus. & n.* 17. Dn. Hermes *d. n.* 9.

XXXII. Quid si dicamus, Imperatorem de alieno esse liberalem? *contra l. si pignore.* 54. §. 1. *ibique Gothofr. ff. de furt.* neque

neque imperare, ſed precari, ut ordinarius Collator Preces ipſius admittat: neminem autem invitum cogi præſtare id, de quo rogetur; neque preces ullo vinculo juris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogentur, contineri. *arg. §. 1. Inſt. de fideic. hæredit.* Reſp. Preces primarias Imperatori Regalium jure adſcribi, ſuprà oſtenſum eſt, *th. 15. & ſeqq.* Notum quoque illud ap. *P. Syr. Cogit rogando, qui rogat potentior.* Unde Pontifex preces ac præcepta conjungit. *in cap. dilectus. 34. pr. X. de præbend.* & *Gl.* Superiorum, *ait*, hortationes & monita, obtemperandi neceſſitatem inferre. *in cap. ad aures. 7. in voc. conſilio. X. de æt. & qualit. præficiend. & in cap. 1. in voc. hortamur. X. de teſtam.* Rogationem Domini eſſe præceptum. *Gl. in l. 1. §. 2. in voc. quemadmodum ff. quod juſſ.* Fac. *Brocard. DD.* Blanditias Principum vim continere minarum. Felin. *in cap. 1. X. de Offic. Jud. deleg. n. 1. & 2.* Weſemb. *conſ. 46. n. 11.* Wehner. *obſer. pract. in voc.* Bede/Bethe/ Chokier *d. l. in Proœm. n. 24.* Quæſt. V.

XXXIII. Conſtabit id rectiſſimè ex ipſis formulis, quibus Imperatores uti conſuevére; & quidem Car. IV. ibi: "Vobis primarias dirigimus Preces noſtras, Devot. V. attento "ſtudio requirimus & hortamur, Vobis nihilominus per Re-"galia Sceptra mandantes &c. ap. Goldaſt. *d. l. Tom. 1. Conſtit. Imperial. p. 343.* Paurmeiſt. *de Jurisd. lib. 1. cap. 4. n. 45.* Marq. Freher. *in Not. ad P. de Andlo lib. 2. cap. 6. in voc. receptus in fratrem. pag. 179. & Rud. II.* ibi: Quò verò hæ Preces noſtræ primariæ "certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus "authoritate Apoſtolica Nobis in hac parte conceſſa &c. ex-"preſsè committentes & mandantes, ut, ſi fortè in contemtum "& præjudicium Jurium & conſuetudinum Rom. Imp. ad pa-"rendum hujusmodi primariis noſtris Precibus contumaces "& rebelles fueritis, tanquam executores à Nobis deputati, "ſub pœna gravis indignationis noſtræ &c. *ap.* Paurmeiſt. *d. l.* "*n. 48.* Chokier *in Proœm. d. l. n. 12. circ. fin.* Dn. à Vorburg. *in* "*J. Can. claſſ. 8. p. 706.* Adde, quòd etiam in hujusmodi collationibus magnorum Principum precibus deferre ſoleamus, etiamſi illis jus nullum competat. Stephan. Gratian. *Diſceptat. forens. cap. 478. n. 12. & ſeq.* imò Mulierum, uti conqueritur P. Rebuff. *in Prax. benefic. part. 1. tit. de præſentat. n. 11. pag. 23.* Add. Eund. *d. l. tit. Requiſita ad Collat. bonum. n. 62. pag. 30. ubi*

Quæst. VI. *in mores seculi invehitur, quòd per 60. annos, dum vixerit, neminem ex doctis ab Ordinariis sponte ad beneficia promotum viderit.* Ut exinde appareat, si jus illud primariarũ Precum esset quasi precarium, infra conditionem Imperantis id meritò censeri, uti censet Dn. Herm. Conring. *in Not. ad Lampad. part. 3. cap. 11. §. 46.* & ex eo Burgold. *in Not. Imperii part. 2. discurs. 11. membr. 2.*

XXXIV. Notandum tamen, Preces Cæsaris non valere, si fortè Capitula vel Monasteria contra eas privilegium acquisiverint, aut Principes aliqui Imperii id obtinuerint, ut absq; eorum scitu vel assensu Precistæ non recipiantur. Ita Duces Cliviæ & Juliæ, ut & Comites Flandriæ diversas habent Collegiatas Ecclesias, in quibus ad ipsos Principes solos Canonicatuum & præbendarum collatio pertinet. Quæ quidem Collegia etsi in Rotulis sive Registris Precum Imperialium in Cancellariâ Cæsareâ reperiantur, Precesq; in Aula expediri soleant; per dictos tamen Principes rejiciuntur, ait Chok. *d. l. n 5. & 6. Add. supr. th. 23.* Ita Philippus Archidux Austriæ repetitis vicibus ordinasse & vetuisse dicitur, ne quis exspectativas vel provisiones Apostolicas, antequam illæ in Consilio visæ & executioni destinatæ fuerint, super beneficiis in suis ditionibus constitutis, sub pœnâ amissionis & banni &c. exequendas curaret. &c. Chok. *d. l. num. 19.* Dn. Herm. *d. cap. 11. num. 10.* *Add.* Wehner. *in Obs. Pract. d. l. in voc.* Panisbrieff. ubi ait, daß Bischoff Melchior zu Würtzburg ann. 1548. Domin. Invocavit, solche Panisbrief verbotten / daß ohn sein Consens und verwilligung dieselbe bey den Stiften und Clöstern keine kraft haben sollen.

QUÆSTIO VI.

An Imperator, post Pacificationem Passaviensem, Jure primariarum precum in Collegiis Augustanæ Confeßionis uti queat?

XXXV.

OLim variè hæc quæstio agitata fuit inter Pontificios & Augustanos JCtos; quorum illi affirmativam, hi ferè negati-

gativam tuebantur. Horum fundamenta extant *in Consil.* quodam, *ad requisit. Episc. Camin. à Dn. Joach. Willero ICto,* & Cameræ Imperialis Assessore. *Matth. Stephani de Iurisd. lib. 3. part. 1. cap. 4. n. 20.* cùm Imperator in Capitulo Colbergensi Jus Precum primariarum exercere intendisset, conscripto. *ap.* Wehn *in Observ. pract. in voc.* **Panisbrief.** Stephan. *d. l. n. 21.* Ratio (1.) quòd Imperator ex concessione Pontificis, non verò jure proprio primarias Preces habeat; omnem autem jurisdictionem Pontificiam in A. C. Ecclesiis per *Transf. Passav.* esse sublatam &c. (2.) Executionem dictarum Precum Archiepiscopo & Episcopo M. & S. esse commissam, ut censurâ & excomunicatione contra contumaces procederent, contra prælaud. *Pac. Relig.* (3.) Constitutum esse in d. *P. Rel.* ut Principes Protest. beneficia Ecclesiastica possideant & retineant quietè & pacificè; quod minimè futurum, si Imperator Preces illas primarias usurpaturus esset. *Quæst. VI.*

XXXVI. (4.) Permissum esse Protestantibus bona Ecclesiastica in usum scholarum adhibere; quod licitum non foret, si salvum esset jus primariarum Precum. (5.) Imperatorem & Status ita dictos Catholicos *Pac. Rel.* interpretari, quasi non teneantur A. C. addictis, in suis territoriis, liberum religionis exercitium permittere. E. idem jus competere A. C. addictis contra Imperatorem & Status Pontificios; adeoque non teneri Duces Pomeraniæ Precistam non Evangelicûm admittere. (6.) In superiore Germania A. C. addictos pro lubitu bona Ecclesiastica in alios usus convertere, etiam post *Pac. Rel.* nemine, ne Imperatore quidem, contradicente. E. idem licere Protestantibus in Germania inferiore. (7.) Imperatorem in hac causâ non posse esse judicem, cùm sit pars contrahentium, tanquam Religioni Catholicæ addicta, adeoque dissidia circa *Pac. Rel.* nata ad Cameram pertinere.

XXXVII. Quibus tamen non obstantibus etiam ex Nostratibus nonnulli contrariam sententiam amplexi sunt. *Vid.* Buxtorf. *ad A. B. conclus. 65. in fin.* Reink. *lib. 3. class. 1. cap. 9. num. 28. & seqq.* Klock. *part. 1. consil. 4. circ. pr.* Schütz. *vol. 1. Colleg. I. P. disp. 5. th. 16. in fin. & vol. 2. disp. 4. th. 13. lit. c. circ. fin.* Johan. Henr. Stamler. *de Reservat. Imperat. §. 51. n. 4.* Dn. Limn. *lib. 2. I. P. cap. 9. num. 7. & seqq.* Dn. Burgold. *in Not. Imper. d. discurs. 11.*

Quæst. VI. *memb.* 2. Dn. Fritſch. *de Iur. prim. prec. cap.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* moti ferè hoc unico argumento, quòd Imperator poſt *Pac. R.* in beneficiis non ſublatis, omnia jura priora retinuerit, quæ non expreſsè, vel per bonam conſequentiam viſa fuerint eſſe mutata. Ne autem Religio Auguſtana ex Precibus illis detrimenti quid caperet, optimo conſilio inventum, ut, cùm à Rudolpho II. Capitulo M. præſentatus eſſet E. C. ille quidem admiſſus fuerit; ita tamen, ut anteà jurarit, ſe contra Capituli ſtatuta & exercitium Religionis Aug. nil quidquam moliturum, nec ullum mutandæ religionis jus ſibi arrogaturum, neque ullam abſolutionem ſeu relaxationem jurisjurandi prioris à Pontifice vel Imperatore petiturum. *Vid.* Limn. *d. l. n.* 15. *& ſeqq.* Dn. Sprenger *in Inſtit. I. P. lib.* 1. *cap.* 7. *in fin.* Dn. Burgold. *d. l.* Dn. Hermes. *d. l. n.* 13.

XXXVIII. Hodie omnis illa controverſia per J.P. Oſnabrugenſis deciſa; quâ Imperator in Eccleſiis Cathedralibus aliisque locis immediatis A. C. addictis jus primariarum Precum adhuc exercere poteſt, uti ante Pacificationem in poſſeſſione fuit; ſalvâ tamen religionis libertate. *Vid. ſupr. th.* 12. Limn. *d. l. in Addit. II. n.* 8. *p.* 47. Dn. Fritſch. *d. l. &c. in Manual. I. P. d. l. p.* 317. *& ſeq.* Dn. Burgold. *d. l.* Unde quoque fluit, non quidem ſolo temporis lapſu jus Imperatoris per præſcriptionem tolli, quod res meræ facultatis, non utendo tantùm, non amittantur, *arg. l.* 2. *ff. de via publ.* Gail. *lib.* 2. *Obſerv.* 18. *n.* 4. *in fin. & Obſ.* 60. *n.* 9. Chokier. *ſect.* 2. *n.* 2. *& n.* 51. Si tamen oppoſitioni factæ Imperator per legitimum tempus acquieverit, præſcribi poterit. *arg. l. ſi quis.* 18. *in fin. ff. quemadmodum ſervit. amitt. Gl. in cap. Abbati.* 25. *in voc. Alciatenſem. X. de V. S.* Dn. Hermes. *d. cap.* 11. *n.* 18. Idem dicendum de tempore immemoriali, *arg. cap. ſuper.* 26. *verſ. præterea. de V. S.* Dn. Fritſch. *de jur. prim. Prec. cap.* 3. *n. fin. & cap.* 4. *n.* 16. *& ſeqq. Add.* Chok. *d. ſect.* 2. *n.* 2. *n.* 51. *& ſeq.* Cæterùm Innocent. X. P. M. contra Pacificationem illam an. 1648. d. 29. Octobris ſolenniſſimè eſt proteſtatus, etiam ob id, „quod (*ita habent verba*) hæreticis, uti vocant, A. C. liberum „ſuæ hæreſeos exercitium in plerisque locis permittitur & lo„corum pro ædificandis ad hunc effectum templis aſſignatio pro-

promittitnr, ipsisque cum Catholicis ad publica munia & officia ac ad nonnullos Archi-Episcopatus, Episcopatus aliasque dignitates & beneficia Ecclesiastica, Precumque primariarum, eidem Ferdinando Regi, in Imperatorem electo à præfatâ Sede Apostolicâ concessarum, participationem admittuntur &c *apud* Limn. *in d. Addit. II. ad lib.* 1. *cap* 12. *pag.* 229. *& seq.* Chokier *in Schol. d. Prec. prim. post præfat.* qui alibi in Reformatis, uti ait, Ecclesiis, usum quoque primariarum Precum obtinere attestatur. *d. l. sect.* 4. *n.* 23. Verùm protestationes hujusmodi & contradictiones jure optimo maximo pro nullis sunt declaratæ. *Capitul. Leopold. art.* 2. *in fin.* *Quæst. VI.* " " "

XL. Sed quia in Episcopatibus aliisque locis immediatis demum Jus primariarum Precum valere debet. *supr. thes.* 38. *& infr. th.* 44. Quæritur, qualia loca sint illa immediata? An v.g. illa solùm Capitula, quæ absq; ullo intermedio Imperatorem agnoscunt? Ita oppidò pauca Preces primarias admitterent. *Vid.* Gail. *lib.* 1. *Obs.* 30. *n.* 9. *& de Pignorat. Obs.* 7. *n.* 6. Rectiùs itaque statuitur, non solùm Episcopatus immediatos, sed etiam Capitula sub illis Episcopatibus comprehensa, huc pertinere; minimè verò Episcopatus vel Capitula, quæ sub Imperio non immediatè, sed sub aliis Principibus aut Statibus sint, aut ab iisdẽ eximantur; uti rectè definitum in *prælaud. Conf.* de quo *supr. thes.* 35. *Add.* Matth. Stephani *de jurisd. d. lib.* 3. *part.* 1. *c.* 4. *n.* 19. *& seq.* Hujusmodi Episcopatus est Caminensis in Pomerania, qui à Ducibus Pomeraniæ est dotatus & fundatus; cujus Ecclesia, Capitulum & totus districtus immediatè in Ducatu Pomeraniæ sita sunt. &c. Stephan. *d. l. cap* 9. *n.* 9 *& seqq.* *Add.* Limn. *in Addit. I. ad lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 485. *ibiq; in Addit. II. pag.* 271. & in *Addit. I. ad lib.* 5. *cap.* 7. *post. n.* 31. *pag.* 814. Ita Episcopatus Misnensis ab Electore Saxoniæ eximitur. Limn. *in d. Addit. I. ad lib.* 4. *Iur. P. cap.* 7. *p.* 484. Episcopatus Lebusiensis, Brandenburgensis & Havelbergensis ab Electore Brandenburgico. *Id. d. l. pag.* 490. Episcopatus Gurcensis, Seccaviensis & Lavantinu ab Archi-Ducibus Austriæ. *Id. d. l. cap.* 7. *in Addit. I. pag.* 484. *&* 496.

Quæst.

Quæst. VII.

QUÆSTIO VII.

Quid ex parte Concedentis requiratur, ut validæ sint Preces primariæ?

XLI.

NOn sufficit, constare de certâ Concedentis voluntate & potestate, nisi reliqua quoque in personâ Concedentis sese rectè habeant. Ubi (1.) Quæritur, *An requiratur, coronatum esse Imperatorem, an verò sufficiat esse electum?* Prius dicendum videtur ex iis, quæ suprà *th.* 3. *&* 30. dicta sunt. *Add.* Freher. *in Not. ad P. de Andl. lib.* 2. *cap.* 6. *in voc. receptus in fratrem pag.* 179. Facit, quòd alij confirmationem Pontificis necessariam esse asserant, quæ per actum coronationis ab Eodem factæ indicetur. Dn. Chokier *de jur. primar. Prec. Sect.* 1. *n.* 22. *& seq.* Sed posterius magis probatur. *Vid.* Dn. Fritsch. *de jur. primar. Prec. cap.* 2. *n.* 48. Electio namque omnia jura Imperatori tribuit, æquè uti aliis successio. *arg. can.* 1. *dist.* 23. *vers. planè. cap. fin. de sentent. excommun. in Extrav. comm.* Reinking. *de Reg. Secul. lib.* 1. *class.* 3. *cap.* 7. *n.* 4. Dn. Becker *in Synop. l. P. lib.* 2. *cap.* 4. *p. m.* 68. Et acta atque gesta omnia ab Imperatore legitimè electo ante coronationem perinde rata ac firma sunt, ac si post coronationem celebrata fuissent. *arg.* § und dieweil. *tit* 2. *A. B. Gl. in can. legimus.* 24. *in voc. Imperatorem. dist.* 93. Reinking. *d. l. n.* 5. *& seqq.*

nf. J. Ludwell. Synops. r. Feud. c. V. p. m. 107.

XLII. Et quanquam sint, qui strenuè defendant, ante confirmationem Pontificis Imperatori non licere Precibus uti; quòd ante eam administrare Imperium nequeat. *Vid.* Gl. *ad l. fin. in fin. in voc. infulas. C. de quadr. præscript. ibiq;* Salicet. *n.* 9. Card. Tuschus *in conclus. Practic. lit. I. conclus.* 39. Azorius *in Instit. Moral. lib.* 10. *part.* 2. *cap.* 6. Tamen alii contrarium defendunt. Gl. *in Clem. un. Romani.* §. *eidem. in voc. Reges. de jurejur.* Castald. *de Imperat. quæst.* 46. Ant. Corset. *de potest. Reg. part.* 5. *num.* 8. *&* 9. *Add.* Tusch. *d. conclus. n.* 18. Azor. *d. cap.* 6. *vers. in hac quæstione. & cap.* 5. *vers. Quæres. Vid. supr. thes.* 14. Et ipse *Dn. Chokier* mavult quæstionem illam proponere, quàm decidere. *d. l. sect.* 2. *n.* 12. *vers. Duodecimo.* Procul dubio non tàm veritatis amore, quàm

metu

metu reverentiali. Nam cùm Ferd. II. Sacræ Sedi *obedientiam* præſtitiſſe, miniſterio Ducis Savelli retuliſſet. *d. l. ſect.* 1. *n.* 18. *in fin* paulò pòſt, quaſi retractans, ait devotionem & reverentiam ſive obedientiam. *d. l. n.* 21. *Add.* Eund. *n.* 11. *in fin.* & *ſupr. d. th.* 14. *in fin.* Fortè propter d. cauſam *Dn. Hermes* quoque ſe continet, dum *propter rationes hinc inde æqualiter ponderantes intellectum ſe ſuum captivare*, dicit *in Faſc. l. P. cap.* 11. *n.* 25. & tamen ſtatim *n. ſeq.* ex vero negat, Papam facultatem Precum Imperatori conceſſam, revocare poſſe. Quæſt. VII.

XLIII. (2.) Dirigi debent Preces ad veros Collatores, ſive Collatrices; unde formula illa *conjunctim vel diviſim*; quæ id operatur, ut, ſi fortè ſinguli ex Canonicis jus conferendi habeant, tanquam *Turnarij* (qui vice Capituli nominant; ut moris eſt in diverſis Collegiis, ubi ex ordine ſinguli diem habent in menſe nominandi ad vacantem præbendam ſuo die. Dn. Hermes *d. l. cap.* 11. *n.* 44.) poſtmodùm excipere non poſſint. *arg. cap. cùm in illis.* 16. *in fin.* & *cap. fin. de præbend. in* 6. putà, ſi id faciant nomine Capituli, velut Canonici. Nam ſi ex aliâ ratione vel dignitate id fiat, ſecus eſt. *Gl.* & *DD. in d. cap. fin.* Unde præſtat Preces ſeu nominationes dirigi ad Præpoſitum, Decanum, Capitulum, ſingulosque Canonicos & perſonas Eccleſiæ & dignitates. Chokier. *d. l. ſect.* 2. *n.* 40. & *ſect.* 3. *n.* 27. Dn Hermes *d. n.* 44. Quid ſi collatio ſpectet ad Epiſcopum & Capitulum; an ſufficiet Preces tantùm Prælato inſinuari? Ita docet Chokier *d. n.* 40. quod intelligendum, ſi ad illos ſpectet collatio communiter. Nam ſi uterque in ſolidum conferant; utrinque facienda inſinuatio. *Vid.* Coſmus Guiſmier *in pragmat. ſanct. Caroli VII. G. R. tit. de collationibus.* §. *ſtatuit. in voc. ſpectat. p.* 369.

XLIV. (3.) Volunt DD. Preces illas Imperatorum ſibi tantùm locum vindicare in omnibus provinciis, civitatibus, oppidis & territoriis, comprehenſis ſub *Concord. Nat. Germ.* inter Frid. III. Imperatorem & Nicol. V. P. M. initis; minimè itaque in Italiâ, unò ne in Ducátu quidem Mediolanenſi. Chokier *d. l. in Proœm. n.* 13. & *n.* 3. Dn. Hermes *d. cap.* 11. *n.* 31. Sed rectiùs ſtatuemus, ad omnia Imperij loca, immediata tamen,

Quaest. VII. eadem pertinere. Wehn. *in Obs. pract. in voc.* Panisbrief. *circa pr. ibi*: Kloster oder Stifft/so von demselben zu Lehen gehen. *Add. Supr. th.* 38. *&* 40. Quanquam fortè usus per solam Germaniam observetur. *Vid. supr. th.* 2. *& seqq. & th.* 15. Quid dicemus de iis locis, quæ olim fuerunt Imperij, sed nunc in alterius dominium translata? In illis primarias Preces adhuc admittendas esse, & singulatim in civitate Cameracensi & Metensi tradit Chokier *d. l.* etiam in Episcopatibus Metensi, Tullensi & Verdunensi, licet Coronæ Galliæ perpetuò & irrevocabiliter incorporatis, docet Dn. Hermes *d. cap.* 11. *n.* 31. Fritsch. *d. l. cap.* 4. *num.* 15. *in fin.* quod nobis minimè probatur. Optimè *Lud. Gomez* Preces, *inquit*, Imperatoris concessæ per totum Imperium Romanum, non comprehendunt beneficia vacantia in civitate Novariæ, licet sit de directo dominio Imperatoris; quia requiritur, ut omni casu subsit. *in Decis. Rot. Rom.* 18. Et alibi *Chokier*, quasi sui immemor, Preces extra Imperium non extendi, etiamsi beneficia annexa sint Imperij, aut Collator subsit Imperio, benè docet. *Sect.* 1. *n.* 18. *& n.* 20. *& seq.* Ita *Dn. Hermes* quoque Preces non habere vim in aliis regnis & dominiis tradit. *d. l. n.* 28. *in pr. & seq.*

XLV. (4.) Singulare hoc est, quòd semel tantùm Precibus Imperatoriis Collator onerari potest à singulis Impp. *arg. cap. mandatum.* 38. *de rescript. can. nunc verò.* 20. *caus.* 9. *quæst.* 3. *Vid. supr. th.* 2. *& seqq. th.* 19. *&* 20. Chokier *d. l. sect.* 1. *n.* 24. *& sect.* 2. *n.* 38. *&* 43. Poterit tamen Imperator uno contextu quempiam nominare ad plura beneficia; quod fieri solet, non ut omnia illa beneficia impetranti concedantur, sed ut citiùs ex pluribus unum vacet. Gratian. *Discept. forens. cap.* 474. *n.* 20. *& seqq.* etiamsi illa in diversis Ecclesiis sint constituta, modò fiat eodem tempore. Nam aliàs quælibet nominatio aliud diploma requirit. Acceptatione autem unius beneficij reliquæ consumuntur. *arg. l. boves.* 89. §. 1. *de V. S.* Chokier. *d. l. sect.* 3. *n.* 2. *& seqq.* Sed anne Precista novas Preces obtinere poterit in aliâ Ecclesia? Dubitatum quidem olim de eo fuit, affirmativa tamen posteà placuit. Chokier *d. l. n.* 4. *& seqq. junct. num.* 16. *& seq.* Gratian. *d. l. n.* 23. *& seq.*

Quid

XLVI. Quid si Canonicatus vacet, cui v. g. Scholastria sit adjuncta; an Precista, qui solum Canonicatum adeptus est, utrunque autem acceptavit; illam quoque petere poterit? Aff. si in literis Cæsareis ponatur, Canonicatum cum præbenda, dignitate seu personatu, adminstratione vel officio in una Ecclesia pro unico duntaxat beneficio esse computanda. *Vid.* Chokier *d. l. sect. 3. n. 26. & seqq. & infr. th.* 48. & 51. Quid si Imperator hodie uni, cras alteri Preces promittat, & posterior solenni ritu diploma expediri curet, an priori præferetur? N. *arg. l. sancimus.* 34. *in fin. pr. C. de donat. can. Institutionis. 7. caus.* 25. *quæst. 2. Clement. 2. §. nos etenim. de sepultur.* Chokier. *d. l. sect. 2. n.* 4. Dn. Hermes *cap. 11. n. 18. Add. infr. th. 66. & 71.* Sed poteritne Cæsar nominationi apponere conditionem? N. *arg. cap. quæsitum 5. de rer. permut. cap. 2. de elect. in 6.* quod intelligendum de expressâ; nam de tacitâ non dubitatur. *arg. cap. de multa. 28. de prabend.* v. g. ut Precista sit habilis tàm quoad jus commune, quàm statutarium. Hermes *d. cap. 11. n. 27. Add. infr. th. 56. & seq.*

Quæst. VII.

XLVII. Sed annon Rex Romanorum, postquam uti Imperator coronatus est, iterum Preces concedere poterit? Ità docere videtur *diploma Wenceslai Imp.* ad Rupert. Palatinum, ibi: Et, si divina Nobis suffragante gratia, ad apicem Imperi- " alis culminis fuerimus sublimati, voluimus & Tibi favorabi- " liter concedimus tenore præsentium, quod Tu Preces primari- " as ratione susceptionis Imperialis coronationis Nobis compe- " tentes, etiam porrigere valeas in dictis Ecclesiis, omnimodâ " formâ & jure, sicut de primariis Precibus ratione Regiæ coro- " nationis nostræ superiùs est expressum. *ap.* Goldast. *tom. 1. Constit. Imperial. p.* 375. Freher. *in Not. ad P. de Andl. lib. 2. cap. 6. in voc. Receptus in fratrem. pag.* 179. Dn. Fritsch. *d. l. cap. 3. num.* 14. Quò inclinat Klock. *part. 1. consil.* 4. *in Addit. post n.* 61. Dn. Fritsch. *d. l. cap. 2. n.* 40. Nobis verò Saturnina illa sententia apparet; quam tamen in medio nunc saltem relinquimus. Add. Speidel. *in Observat. lit. P. n. 4. in voc.* Panisbrief. & *supr. th.* 13.

Quæſt. IIX.

QUÆSTIO VIII.

Qualia beneficia ad Preces primarias pertineant?

XLVIII.

EXprimuntur illa per formulam Precum primariarum, his
„ verbis: jus competat, Preces primarias ad omnes & ſingu-
„ los Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, Collatrices, Ca-
„ pitula, Conventus & Collegia ac perſonas alias, de illis quo-
„ modocunque modo diſponendi jus habentes, per univerſum
„ Romanum Imperium conſtitutas, dandi, concedendi & de-
„ cernendi pro perſonis idoneis & Nobis gratis, ad conſequen-
„ dum beneficia Eccleſiaſtica cum curâ & ſine curâ, tàm ſecula-
„ ria, quàm regularia, etiamſi Canonicatus & præbendæ, digni-
„ tates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in colle-
„ giatâ, Cathedrali vel Metropolitanâ Eccleſiâ; etiamſi ad ea
„ conſueverint per electionem aſſumi, ad Collatorum, Collatri-
„ cum, Capitulorum, Collegiorum ſive Conventuum, ad perſo-
„ narum prædictarum collationem, proviſionem, electionem,
„ nominationem, præſentationem ſeu quamlibet aliam ordina-
„ tionem, conjunctim vel diviſim, ſpectantia, (Canonicatu nihil-
„ ominus & præbendâ cum dignitate, perſonatu, adminiſtratio-
„ ne vel officio, etiam ex perſonâ plurium ſucceſſivè vacantibus,
„ pro uno computatis beneficio) &c. *ap.* Paurmeiſt. *de jurid. lib. 2. cap. 4. n. 51.* Chokier. *de jur. prim. Prec. in Proœm. n. 12.* Dn. à Vorburg. *in parat. I. Can. claſſ. 8. pag* 706.

XLIX. Ubi notandum *(1.)* ad Preces primarias non pertinere Epiſcopatus; quòd appellatione beneficij dignitas Epiſcopalis non contineatur, niſi ſpecialiter fuerit expreſſa, *arg. cap. venerabilis. 37. X. de præbend. Gl. in cap. 2. de præbend. in 6.* Nic. de Milis *in Repert. lit. G. verſ. gratia facta ad dignitates.* Matth. Stephani *de Iurid. lib. 3. part. 1. cap. 14. n. 1. & ſeqq.* Idem dicendum de beneficiis curatis. *arg. cap. cùm in illis. 16. X. de præbend. in 6.* de iis, ad quæ per electionem Beneficiarij aſſumuntur. *d. cap. 16. verſ. illis verò.* de beneficiis Cathedralium vel Metropolitanarum.

narum Ecclesiarum. *arg. cap. quamvis. 4. de prabend. in 6.* vel Regularium. *arg. cap. cum de beneficio. 5. eod.* Etsi autem in formulis Precum mentio fiat dignitatũ in genere &c. tamen per indultum Pontificis, ad majorem abundantiam, quoque eximuntur ipsæ dignitates in Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis post Põtificales majores; ut & in Collegiatis principales; quippe quæ aliàs vel sine speciali mentione essent exceptæ. *per d. cap. quamvis. 4. vers. quanquam. de prabend. in 6.* Chokier. *d. l. sect. 2. n. 30. in fin. & n. 36. & seqq.* Dn. Hermes *in Fascic. Jur. P. d. cap. 11. num. 43.* *Quæst. IIX.*

L. (2.) Differentiam esse inter collationem, præsentationem & institutionem; unde si cui de beneficio ad alicujus collationem spectante provideri mandetur, de illo, quod ad ejus præsentationem vel institutionem pertineat, provideri non posse; quòd rescripta sint stricti juris. *d. cap. 16. vers. cum autem. X. de prabend. d. cap. 4. eod. in. 6.* Verbum autem provisionis generalius est, quàm collationis, cùm omnes modos contineat, per quos Ecclesiæ provideatur; putà nominationem, postulationem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem & collationem. *Gl. in Clem. fin. in voc. provisioni. de elect. Clem. auditor. 3. de rescript.* Chokier *d. sect. 2. n. 38.* ubi idem de verbo *dispositionis* tradit. *arg. Clem. un. ibiq; Gl. in voc. dispositionem. de suppl. neglig. Pralat.*

LI. (3.) Differentiam esse inter dignitates, personatus & officia. *arg. cap. de multa. 28. X. de prabend. cap. 1. de const. in 6. d. cap. 16. de prabend. in 6.* Nam dignitatem propriè ajunt esse administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione vel minimâ; qualis sit in Prioribus & Rectoribus, Archi-Diaconis, Archi-Presbyteris &c. Personatum esse quandam prærogativam in Ecclesia sine jurisdictione, ut habere stallum honorificum in choro & optiones in Capitulo, in processionibus, in vocibus dandis & similibus plùs, quàm alios sui Ordinis Canonicos, & non tanquam alios in dignitate constitutos: Officium verò esse administrationem rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione, quale sit in Syndicis, Castaldis, Secretariis &c. *Vid.* Joh. de Selva *de Beneficiis part. 1. quæst. 2. num. 57. & seq.* Flam. Paris. *de Resign. Benefic. lib. 2. quæst. 1. n. 78. & seqq.* Dn. Chokier.

Quæst.IIX. kier. *d. l. sect. 2. n. 29. & seqq.* Et hæc officia, quæ sc. in Laicos cadunt, Precibus minimè subjacent; quæ verò Ecclesiastica sunt. v. g. Thesauraria, Sacristia, Primiceriatus &c. in iis secus est. *arg. cap. cum accessissent. 8. de Constit. cap. 2. vers. cum verò. de concess. prabend.* Chokier *d. l. n. 33.* Dn. Hermes. *d. l. cap. 11. n. 33. Add. supr. th. 46.*

LII. (4.) Neque Precibus quoque comprehenduntur Hospitalia, nisi apertè hoc cautum. *Clem. 2. de prabend.* neque beneficia manualia & ad lubitum amovibilia. Staphil. *de Liter. Gratiæ. tit. Nona forma. n. 40. & seqq. Add.* Joach. Stephan. *Instiut. Iur. Canon. lib. 1. cap. 7. n. 49.* neque præstimonia, quæ dantur Scholaribus studiorum gratiâ. *arg. c. quamvis. 4. de prabend. in 6. Staphil. d. l. tit. de qualit. s. stat. benefic. in pr. n. 5.* Chokier *d. l. sect. 2. num. 24. conclus. 6.* neque beneficia monocularia, si quando Collator unum tantum beneficium conferre potest; cùm is demùm Collator Precibus deferre teneatur, qui saltem quatuor beneficia conferre potest. Chokier *d. n. 24. conclus. 12 & n. 18. & num. 95.* Nic. de Milis *in Repert. lit. G. vers. gratia, per quam mandatur. p. 178.* Dn. Hermes *d. l. n. 39.* Et quidem in Imperio, nam si forte quædam alibi conferat, non tenetur. Dn. Hermes. *d. l. n. 40. & 42.* Quid si beneficia vacatura indultu Superiorum ad certum tempus sint affecta vel fabricæ vel mensæ Episcopali, (uti statutum est in Ecclesia Aquensi, ut fructus intra biennium pertineant ad fabricam & hæredes defuncti. Chokier. *d. l. (sect. 4. n. 61.)* an audietur Precista? Ita videtur, modò tempus præfixum, quantum ad fructus expectet. *arg. cap. cum accessissent. 8. X. de Constit. Fac. cap. Si propter. 10. de rescript. in 6. cap. pro illorum. 22. X. de prabend.* Chokier *d. l. sect. 2. n. 24. conclus. 10. & d. sect. 4. n. 62. & seqq.* Hermes. *d. l. n. 34.* Quod si autem suppressio ista, Imperatoris consensu facta non sit, Precibus obstare non poterit. *Stamler. de Reservat. §. 51. num. 6. Besold. in Thesaur. Pract. lit. P. n. 45. in voc. Primaria Preces. vers. Statuta.* ubi hac de re consilium elegans producit; quod etiam habetur ap Klock. *part. 1. consil. 4. in fin.* Dn. Fritsch. *de jur. prim. Prec. in Mantiss. 4. p. m. 426.* Sed an beneficia patronatus Precibus primariis sunt obnoxia? Aff. Si illa sint juris Patronatus Ecclesiastici; secùs autem, si sint Laici vel

mixti.

mixti. *Gl. in Clem. 2. in voc. præsentare. de jur. patr. Gl. in cap. dilectus. Quæst. IIX. 6. in voc. concessione. X. de offic. Legat.* Chokier *d. sect. 2. num. 39.* Dn. Hermes. *d. l. n. 32.*

LIII. (5.) Præter communem vacationis modum, qui est obitus. Flam. Parif. *de Resignat. Benefic. lib. 1 quæst. 4. num. 3. & seq.* si beneficia ipso jure vacent, v. g. per matrimonium, ingressum religionis, promotionem &c. Precibus primariis locum esse. *Gl. in cap. si propter. 10. in voc. vacabunt. de rescript. in 6.* Chokier. *d. l. sect. 4. n. 26.* Imò per delictum assassinij, hæresis, simoniæ &c. Chokier *d. l. sect. 2. n. 14.* Dn. Hermes. *d. cap. 11. n. 45.* Non item, si vacantia sint ex causâ permutationis, atque ita beneficia conditionaliter resignentur. *cap. un. de rer. permutat. in 6.* Flam. Parif. *d. quæst. 4. n. 28* Staphil. *de Liter. Gratiæ tit. de variis modis vacationum. n. 20.* Dn. Hermes. *d. l. num. 35.* Nam si permutatio liberè fiat & simpliciter, fortè ratione incompatibilitatis duorum Canonicatuum; aliud dicendum erit. *Gl. in d. c. 10. in voc. vacabunt. de rescript. in 6.* Alex. Monet. *de Optione cap. 3. quæst. 5. n. 94. & seqq.* Chokier *d. l. sect. 2. n. 29. conclus. 8.* Sed anne Preces etiam afficiunt menses non Papales, v. g. Februarium, Aprilem, Junium, Augustum, Octobrem, Decembrem? Dubitandi ratio, quòd Pontifex in *Concordatis Nat. German.* menses illos ordinariis Collatoribus reservaverit, absque omni exceptione, non obstantibus quibuscunque &c. Verùm rectè affirmativam, etiam ex principiis domesticis, latè defendit Chokier. *d. l. sect. 4. n. 21. & 23. & sect. 3. num. 27. Add.* Klock. *part. 1. consil. 4. n. 25. 35. & seqq.* Stamler. *de Reservat. §. 51. n. 5. in fin.* Dn. Fritsch. *d. l. cap. 5. num. 10. & seqq.* Dn. Hermes. *d. l. n. 47.*

LIV. Sed Q. an ad beneficia Pontifici reservata Preces Cæsareæ pertineant? Et illa quidem, de quibus *in Extravag. ad Regimen. 13.* v. g. Capellanorum Papæ & aliorum Officialium Romanæ Curiæ, eorumque qui decedunt in Romanâ Curiâ vel locis, à d. Curiâ non ultra duas diætas distantibus &c. excipiuntur; quòd Pontifex indultu suo ea disertè eximat, ibi: *Aliàs, quam per constitutionem Ad Regimen &c.* reliqua verò minimè, scil. quæ reservantur *in Extravag. Execrabilis 4. de præbend. & dignitat.* arg. *cap. nonne. 5. X. de præsumpt. cap. ad audientiam. 12. in fin. X. de decim. l. quæsitum. 12. §. idem. 43. ff. de instrument. legat.* Chokier.

Quæst. IIX. kier *d. l. sect.* 4. *n.* 43. Dn. Hermes. *d. l. n.* 36. Ita, cùm Pontifex ad se legitimè devoluta excipiat. *cap. cum nostris.* 6. *X. de concess. prabend. cap. unic. vers. porro. X. ut Ecclesiast. benefic.* si devolutio ad alium immediatè Superiorem, v. g. à Decano vel Capitulo ad Episcopum fiat, Precibus erunt obnoxia. *arg. cap. ex parte.* 10. *de concess. prabend.* Chokier. *d. sect.* 4. *n.* 51. Dn. Hermes *d. l. n.* 37. *Add.* Chok. *d. l. sect.* 5. *per tot.* ubi de clausulis *Non obstantiarum*, quibus Imperatoriæ Preces ab ipso Pontifice contra refractarios Collatores egregiè muniuntur, prolixè agit; ad quas Imp. in suis quoque Precibus identidem eos remittit. *Vid. infr. th.* 65.

LV. Quid si Precista jam in eadem Ecclesiâ alia habeat beneficia? Resp. Neque illa impedimento esse Precibus primariis, modò sine dispensatione simul obtineri queant; uti sunt difformia, v. g. Dignitates & Canonicatus, Beneficium curatum & simplex, Canonicatus & Capellania. Chokier. *d. l. sect.* 4. *n.* 45. Dn. Hermes *d. l. n.* 66. Censetur autem ejusdem esse Ecclesiæ, quod intra septa illius est. v. g. in Capella, claustro, cœmiterio, &c. *arg. l. adificia.* 139. *ff. de V. S*, Nic. de Milis *in Repert. lit. G. vers. gratiam habens acceptandi. p.* 179. Chokier. *d. l. num.* 46. Dn. Hermes. *d. l. n.* 65. Sed & cujuscunque annui valoris beneficia huc referenda, nisi fortè privilegio Collator sit munitus; uti in Diœcesi Leodiensi; ubi ex privilegio Pontificis & Cæsarum, si Beneficii fructus non excedant 2. marcas argenti; liberum id relinquitur Ordinariis, & sub gratiis minimè continetur. Chokier *d. l. n.* 55. *& seq.* Si dubitetur, an beneficia cadant sub gratiis; cui probatio imponenda? *Vid.* Decis. Rot. diversi. Auditor. *part.* 1. *decis.* 36. *n.* 6. *& part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 1128.

QUÆSTIO IX.

Quid in recipiente seu Precista requiratur?

LVI.

PRecistæ vel Collatarij grati omninò esse debent & idonei. „ Ita namque formula: Etsi Nos ad Romani Imperij fastigium

um evectos titulisq; Augusti & Regio diademate decoratos *Quæst. IX.* summâ semper ope niti decet, omnia S.R.I. intemerata jura & " consuetudines laudabiles conservare; par est tamen, ut hoc di " ligentiori studio præstemus, si quando integritate vitæ & mo- " rum probitate aliisque virtutibus insignitos meritis beneficiis " & dignis honoribus afficiendos arbitramur &c. *Vid. supr. th.* 48. " Requiruntur autem in promovendis scientia, ætas, mores & ordo. *Gl. in cap. si pro Clericis.* 8. *in voc. aliis. de prebend. in* 6. Staphil. *de Grat. & exspect. in pr. vers. Nona forma. n.* 25. *& seqq.* Faciunt huc Versiculi Canonistarum:

Quatuor Ecclesias portis intratur ad omnes,
Cæsaris & Simonis, sanguinis atque DEI.
Prima patet magnis, sed numis altera, charis
Tertia; sed paucis quarta patere solet.

ap. Ant. Timoth. *in Not. ad Instit. Iur. Can. Lancellot. de elect. lib.* 1. *tit.* 6. *in voc. electio.* Quæritur itaque, an v. g. cœci, surdi, muti aut aliqua parte corporis vitiati Precum primariarum capaces sint? Aff. id videtur indultum Pontificium, quippe quod indistinctè & generaliter de singulis personis agit. Sed verius est, si beneficium Ordini sit adjunctum, incapaces esse illos, nisi accedat dispensatio Pontificis. *Vid.* Chokier *in Schol. ad Prec. Prim. sect.* 2. *n.* 41. *& sect.* 5. *§.* 2. *n.* 44. Dn. Hermes *in Fascic. I. P. cap.* 11. *n.* 53. Nam hic solus in irregularitate, quæ ex corporis vitio oritur, dispensat. *arg. cap.* 1. *de sent. & re jud. in* 6. Covarruv. *Relect. in Clem. si furiosus. unic. de homicid. part.* 1. *in pr. num.* 7. Quanquam si deformitas tanta sit, quæ scandalum maximum generet apud Christianam plebem, id fieri non soleat. *Covarruv. d. l.* Quid si Precista sit illegitimus? Carebit Precibus, nisi legitimatio doceatur. *arg. c.* 1. *&* 2. *de fil. presbyt. in* 6. *Staphil. d. vers. Nona forma n.* 30. Dn. Hermes *n.* 56. In nostris Ecclesiis sufficit, si præsentatus idoneus sit. 1. ratione fidei & doctrinæ, quam profitetur. 2. ratione vitæ, ut sit integræ existimationis, honestæ & inculpatæ conversationis, cui morum elegantia & literarum scientia suffragetur. Reinking. *lib.* 3. *class.* 1. *cap.* 9. *n.* 21. *&* 29.

LVII. Quod si Precistæ ad beneficia curata nominentur

Quæst. IX. tur, non aliter instituuntur, quàm prævio examine à locorum Ordinariis digni fuerint reperti. *Concil. Trident. Sess. 7. cap. 13. & Sess. 18. cap. 18.* Chokier. *d. l. sect. 2. n. 25. in fin.* In aliis quoque beneficiis Precista satisfacere debet juri communi vel statutario. *Vid. supr. th. 12.* Ita si beneficium sit regulare, Precista quoque regularis vel religiosus esse debet. *arg. cap. cùm de beneficio. 5. de præbend. in 6.* Chokier *d. l. n. 27.* Ita si in Ecclesia omnes debent esse Comites, Nobiles vel Doctores, vel biennale aut triennale studium in Academia approbata continuasse, non poterit nominari istis qualitatibus carens. Dn. Hermes *in Fasc. Jur. Publ. d. cap. 11. n. 24.* Dn. Fritsch. *de jur. prim. Prec. cap. 5. n. 1.* Idem est, si ad beneficium vacans in Augustanâ Ecclesiâ nominetur Pontificius. Matth. Stephan. *lib. 3. part. 1. cap. 4. n. 20.*

LVIII. Unde Rescriptis ideò conditio illa adjici solet, si dignus existat ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum. *arg. cap. cum adeò. 17. X. de rescript. cap. fin. X. de præsumpt.* Quod si clausula illa non adjiciatur, semper tamen subintelligitur. *arg. cap. causam, quæ. 8. X. de elect. Gl. in Clem. unic. de officio jud. delegat. Clem. unic. de concess. præbend.* Quin imò, si Imperator scribat pro notoriè indigno, & indignitas ista tanta sit, quæ absque peccato vel scandalo tolerari nequeat, non parendum ajunt DD. *arg. cap si quando. 5. X. de rescript. cap. grave. 29. X. de præbend. junct. can. 2. dist. 40. can. qui resistit. 94. caus. 11. quæst. 3.* Guismier. *ad Sanct. Pragmat. tit. de collat. §. dum autem. in voc. idonei. pag. 243. Add* Reinking. *d. l. n. 62. & 74.* Quilibet autem idoneus præsumitur; unde qui contrarium asserit, id probare tenebitur. *cap. fin. X. de præsumt. cap. un. de scrutin. Staphil. d. vers. Nona forma. num. 23. & seqq.*

LIX. Sed anne, sicuti Preces non capiunt beneficia extra Imperium sita, eodem modo Precistæ alienigenæ excludendentur? Id quidem honestum & utile ajunt. *Vid* Staphil *d. l. n. 39.* unde libentiùs pro civibus hæ gratiæ concedi solent. *arg. can. 1. dist. 70. l. in Ecclesiis. 11. C. de Episc. & Cler.* Nisi tamen statuto aliter cautum, secus dicendum erit. Chokier *d. l. sect. 2. num. 22.* Sufficit itaque in Precistâ, si, positis reliquis terminis habilibus, Preces ritè insinuet, & postmodum beneficium vacans acceptet.

ceptet. Chokier. *d. l. sect.* 4. *n.* 11. *& num.* 14. Insinuatio autem *Quæst. IX.*
ideò necessaria, ut sciant Collatores, Precibus Cæsareis aliquem esse nominatum, sibique adeo ordinariam conferendi beneficij viam esse præclusam. Chokier. *d. sect.* 4. *num.* 89. Dn. Hermes *d. l. n.* 48. Nam si interea collatio fiat, illa nulla est. Gratian. *Discept. forens. cap.* 478. *n.* 1. maximè si in fraudem Precum, præposterè nova collatio fieret. v. g. ante sepulturam defuncti. Gratian. *d l. n.* 2. etiamsi jam anteà alter ille à Capitulo exspectativam habuerit. Klock. *part.* 1. *consil.* 4. *n.* 59. Stamler. *de Reservat.* §. 51. *n.* 5. *Add. infr. th.* 65. Indultum autem Pontificis ut insinuetur, necessarium non est, si jam antè sit notum, Imperatorem illo in aliis Ecclesiis usum fuisse. *arg. eum, qui.* 31. *de R. I. in* 6. *l.* 1. §. 1. *&* §. *intelligatur.* 6. *de Ædil. Edict.* Gratian *d. num.* 2. Neque verò Collatores citandi sunt, cùm Preces illæ conceduntur. *arg. cap. cùm secundum.* 16. *vers. inde est. X. de præbend. cap. final. X. de præsumt.* Chokier. *d. l. sect.* 2. *n.* 43. *in. fin.* Nihil autem interest, an Ordinario, an verò illo absente insinuatio fiat ejus Vicario. Dn. Hermes *d. l. n.* 48 etiam extra diœcesin existenti. *Id. n.* 49. Si tamen Preces diriguntur Capitulo, coram Capitularibus congregatis illa perficienda. Chokier *d. sect.* 4. §. 1. *n.* 41. *& seq.* Guismier. *d. tit. de collat.* §. *statuit. in voc. spectat. pag.* 369. Dn. Hermes. *n.* 51.

LX. Acceptatio beneficij vacantis intra mensem à die notitiæ fieri debet. *arg. Clement. unic. de concess. præbend. Vid. formulam Precum Cæsarearum,* ibi: Quod præfatus N. per se vel pro- «
curatorem suum intra mensem à die notæ vacationis duxerit «
acceptandum. *ap.* Chokier *in Proœm. n.* 2. *& sect.* 41. *n.* 27. Fritsch. *d. l. cap.* 5. Dn. Hermes *n.* 52. *&* 62. Nota fuisse præsumitur, ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesiâ hujusmodi beneficij publicè nota fuit. *d. Clement. unic. in fin.* v. g. à die, quo decessor publicè sepultus fuit. Chokier *d. l. sect.* 4. *n.* 82. Unde, si Precista ignorantiam alleget, non auditur, nisi absentiam aliamq; justam ignorantiæ causam probet. Alex. Monet. *de Option. cap.* 6. *n.* 29. *& seq.* Hermes. *d. l. n.* 58. Acceptare autem beneficium potest, non solùm per Procuratorem (qui & Laicus esse potest. Chokier *sect.* 4. *n.* 19. Dn. Hermes. *n.* 60.) sed etiam per substitutum, si Procurator speciale mandatum habuit. *cap.* 1. §. 1. *de*

 procur.

Quæst. IX. procur. in 6. Chokier *d. sect. 4. n. 27. & seq.* Idem est, si inhabilis acceptet & dominus intra tempus ratum habeat. *arg. cap. final. de jurejurand.* Covarruv. *Var. Res. lib. 3. cap. 11. n. 5.* Dn. Hermes. *n. 57.*

LXI. Sed an Precista necessariò primum beneficium vacaturum acceptare tenetur? Ita est, si formula id velit. *cap. si Clericus. 11. de præbend. in 6.* Si tamen juxta stylum hodiernum dicatur, *quodcunq; & quandocunq; vacaturum*; eo casu, neque primum neque alterum, proximè vacans necessariò acceptabit; modò singulis vicibus, postquam Preces insinuatæ, per Notarium & testes coram Capitulo de eo protestetur &c. Dn. Hermes *d. l. n. 63.* ubi præjudicio elegante id firmat. An quoque jus suum alteri cedere poterit, si fortè matrimonium contrahere, professionem in Religione facere velit, vel se irregularem agnoscat Precista? Id quidem præjudicio ex *W. Sigism. à Vorburg. in Parat. jur. Can. class. 8. p. m.* 718. itidem probat Dn. Hermes *d. l. n. 61.* Verùm agit id de Precibus Archiepiscopalibus, ubi „ ipsius Concedentis consensus requirebatur. ibi: ac resignare „ decreverit, eandemque cessionem, ut eam vobis notam face„ remus, simul debitam ad eas paritionem, apud vos per præsen„ tes promoveremus, Precibus apud Nos instituit humilibus „ &c. *ap.* Vorb. *d. l. p. 719.*

LXII. Quid si Precistæ detur obstaculum, fortè quod Collatores dicant, vacationem in mense ordinario esse factam (sicùti menses illos Precibus non subjacere, aliqui sunt, qui putant. *Vid. suprà th. 53.*) an Beneficiandus posthabitâ Cæsareâ nominatione, quam antea Capitulo insinuaverat, poterit uti collatione sibi ab Ordinario factâ, atque ita Capitulum cogere ad conferendum? Id rectè affirmat Chokier *sect. 4. num. 68. & seqq.* Dn. Herm. *d. l. n. 72.* Nam & in beneficiis titulum multiplicari convenit, non quidem ut ex utroque jus in beneficio consequatur. *arg. cap. ut quis duas. 25. de elect. in 6.* sed ut se possit defendere ex utroque. *cap. post electionem. 7. vers. processu. X. de concess. præbend.* Felin. *in cap. in nostra. 32. num. 2. de rescript. Add.* Decis. Rotæ. 49. *& 190. in antiq.*

LXIII. Sed si diploma Imperatorium vel expressè vel tacitè certam habilitatem requirat, v. g. ut tunc Decanatus,

natus, præbenda Sacerdotalis, Archidiaconatus &c. vacaturus conferatur, si Precist a 25. annum ætatis attigerit. *arg. Clement. ne in agro. 1. vers. caeterum. de statu Monach. cap. cum in cunctis. 7. vers. inferiora. X. de elect.* quæritur, quo tempore illa habilitas sit æstimanda, an tempore datæ literarum, an verò collationis? Plurimas hinc inde opiniones de hac unicâ quæstione collegit Leob. Daller. *in dissert. de mandat. Apostol. à n. 1. usq; ad* 49. propter dissentientia inter se capitula, *cap. si eo tempore. 4. de rescript. in 6. & cap. ei, cui provideri. 39. de præbend. & dignitat. in 6.* & tandem eleganter concludit, sufficere, si tempore vacationis, quo ipsum beneficium conferendum, Precista habilis sit. *d. l. n. 50. & seqq.* Dn. Hermes *d. l. num.* 55. *Quæst. IX.*

QUÆSTIO X.

Quomodo Preces primariæ Imperatorum executioni mandandæ?

LXIV.

QUoniam ordinarii Collatores, qui cane pejus & angue odio habent Precistas, uti loquitur Chokier *in Schol. ad primar. Prec. sect. 2. n. 7. Add.* Rebuff. *in Prax. benefic. tit. de rescript. in forma pauperum. n. 4. p. 93.* Dn. Hermes *in Fasc. 1. P. cap. 11. n. 22. in fin.* non facilè parent indulto Imperatoris vel Pontificis. arg. *cap. pro illorum. 22. cap. dilectus. 27. X. de præbend.* ideò Executores constituuntur, qui illos legitimis remediis intra mensem à die factæ requisitionis compellant. *arg. cap. cum nostris. 6. X. de concess. præbend. Clement. unic. eod.* Chokier *d. l. sect. 4. in pr.* Facit formula Imperatoris, ibi: Quò verò hæ Præces nostræ primariæ certiorem consequantur effectum, nominamus & deputamus authoritate Apostolica, Nobis in hac parte concessâ, præsentium tenore, Venerabiles NN. & NN. & quemlibet eorum in solidum, qui præsentibus literis nostris requisitus fuerit, harum primariarum nostrarum Precum Executores, eisdem per præsentes committentes & mandantes, ut, si fortè in contemtum & præjudicium jurium & consuetudinũ Romani Imperij ad pa-

 rendum

Quæst.X. „ rendum hujusmodi Primariis nostris Precibus contumaces & „ rebelles fueritis, tanquam Executores à Nobis deputati, sub „ pœnâ gravis indignationis nostræ, quilibet eorum vos realiter „ & cum effectu ad parendum per censuras Ecclesiasticas com- „ pellat, aliaque faciat & exequatur juxta traditam sibi in literis „ Apostolicis potestatem &c. *Vid.* ap. Chokier *in Proœm. num.* 12. Paurmeist. & Vorb. *d.l.* Datur itaque Precistæ jus implorandi officium Executoris, ut sibi provideat, vel faciat provideri. Felin. *in cap. in nostra.* 32. *n.* 8. *X. de rescript.* Chokier *d. l. sect.* 2. *n.* 3.

LXV. Formulam petitionis in hunc modum, ubi de Im- „ per. privilegio dixerat. *Vid. supr. th.* 15. pergendo: Unde in hoc „ articulo coram me sic libellus conceptus fuit: Coram &c. pro- „ pono contra P. quòd cùm ad primarias Precum Serenissimi „ Principis ac Domini N. Regis Romanorum receptus fuerim in „ Canonicum & in fratrem in tali Ecclesiâ; talis præbenda taliter „ vacavit, quæ mihi de jure debetur: verùm dictus, P. mihi super „ eâ de facto quæstionem movet, falsò asserens, eam ad se specta- „ re. Unde peto per vos, Domine Auditor, dictam præbendam „ mihi assignari & eam ad me jure spectare, sententionaliter de- „ clarari & me in possessionem mitti & mittendum fore decerni ac missum defendi, & super eâ P. perpetuum silentium imponi &c. tradit Speculator *lib.* 4. *part.* 3. *de præbend. in §. restat. n.* 7. & ex eo Paurm. *lib.* 1. *de jurisd. cap.* 4. *n.* 60. *Add.* Joh. Andr. *ad Speculat. d.l. lit. c.* Et hi Executores alios Vicarios vel Subexecutores deputare possunt, cùm habeant jurisdictionem delegatam à Principe. *arg. l. à Iudice.* 5. *C de judic. cap. final. X. de Offic. Iud. delegat.* Dn. Hermes *d.l. n.* 69. *& seq.* qui si ante executionem moriantur; vel ad Dele, gantem recurrendum erit, vel si iis sub nomine dignitatis negotium commissum, ad Successores. *arg. cap. quoniam.* 14. *d. tit. Fac. cap. si gratiosè.* 5. *de rescript. in* 6. Besold. *in Thesaur. Pract. lit. p. n.* 45. *in voc Primariæ Preces. vers.* Derhalben. Chokier *d. l. sect.* 4. *n.* 15. Dn. Hermes *d.l. n.* 71. Dn. Fritsch. *de jur. prim. Prec. in Mantissa IV.* Quid si Precista non acceptaverit intra mensem, an posteà audietur? Minimè. *arg. c. statutum.* 3. *de præbend. in* 6. e iamsi res adhuc sit integra, & beneficium vacans alteri nondum collatum. Obstat namque forma mandati, quæ exactè attendenda. arg. *cap. cùm dilecta,* 22. *in fin. X. de rescript. l. diligenter.* 5. *in pr. ff.*

man-

mandat. maximè in beneficialibus. *arg. is cui. 19. cap. cùm in illu. 16.* *Quæst. IX.*
vers. cum autem de prebend. in 6. Gl. in d. Clem. un. in voc. infra mensem. de concess. prabend. Staphil. de Grat. & exspectativ. tit. de vi & effect. clausul. vers. successivè. n. 16. & seqq. Dn. Hermes *d. cap. 11. n. 62.* Si tamen tempore congruo acceptatum fuerit, intra alterum mensem à die acceptationis, ab Executore de beneficio providendum esse Precistæ, docet Staphil. *d. l. num. 25.* Quod si ergò Collatores ab Executoribus requisiti intra mensem contumaces fuerint, omnibus privilegiis Imperialibus & beneficiis Ecclesiasticis privantur. Chok. *sect. 5. §. 3. n. 2.* uti formula expressè innuit. ibi: Contumaciâ verò vestrâ aut contemtu (quod « absit) per mensem continuum à die requisitionis numeran- « dum, vos omnibus & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus « à Romanorum Imperatoribus & Regibus, ut & à Nobis & aliis « Prædecessoribus nostris vobis concessis, noveritis eo ipso pri- » vatos &c. *Vid.* ap. Chok. Paurmeist. & Vorburg. *dd. ll.* Quid si « interea temporis Ordinarius alij beneficium conferat? Non valebit, etiamsi fortè Precista non ritè acceptet. *arg. d. Clement. unic. vers. secus.* Unde novâ opus est collatione. *arg. cap. penult. X. de elect.* Staphil. *d. §. successivè. n. 1. & seqq. Add. supr. th. 59.*

LXVI. Executores autem frivolis Collatorum exceptionibus neglectis, Precistæ vacans beneficium assignare debent. *arg. d. cap. 6. X. de concess. prabend. cap. dilectus. 39. X. de prabend.* Chokier. *sect. 4. n. 3. 75. & seq.* vel per censuram Ecclesiasticam eos compellere, ut eidem de beneficio vacante provideant; ponendo scilicet eum in quieta & pacifica possessione, stallum in Choro & locum in Capitulo assignando, cum plenitudine juris Canonicalis & fructuum perceptione, qualibet contradictione cessante. *Vid. formulam Precum d. l.* Dn. Hermes. *d. cap. 11. n. 62. & 67.* Si verò Collatores, ex justâ causâ contradicant, neque pareant literis executoriis, excommunicari nequeunt. *arg. cap. causam, qua. 18. ibiq. Felin. de rescript. n. 9.* Chokier. *d. sect. 4. n. 72. & seq n. 102. & seqq. sect. 5. §. 3. n. 4. 10. & seqq.* Dn. Hermes. *d. l. n. 67.* Si autem duo Precistæ in unâ datâ concurrant; Q. quis præferendus? Resp. (1.) is, qui horam priorem docuerit. Felin. *in cap. pastoralis. 14. vers. ratione unius hora. n. 5. X. de rescript.*

(2.) qui

Quæst. X. (2.) qui prior in possessione. *arg. cap. ex literis. 3. de probat.* (3.) qui prior in album Precistarum pro more in Cancellaria Cæsaris est receptus. *arg. cap. si quis. 46. in pr. de elect. in 6.* (4.) qui prior repræsentat diploma Cæsareum. *Decis. Rot. Rom 100. in antiquior.* Felin. *in cap. Capitulum S. Crucis. 30. in pr. & n. 5. vers. Fallit. de rescript.* (5.) in cujus diplomate inserta est clausula *motu proprio. arg. cap. si pluribus. 24. de præbend. in 6.* vel clausula: *etiamsi alteri contulerimus.* Chokier. *d. l. sect. 2. n. 5.* Dn. Hermes. *d. l. n. 67.* Si nihil ex his appareat, consulendus est Cæsar, qui gratiam dedit. *arg. l. 1. C. de LL.* Chokier & Hermes. *d. l. Add. supr th. 46.* Quid si Imperator & is, qui ejus vices obit, eodem tempore Preces conferant? Imperatoris nominatio præfertur. *arg. cap. si à sede. 31. de præbend. in 6.* Chokier. *d. l. vers. tertia conclusio.* Hermes. *d. l. n. 20.*

LXVII. Apparet itaque, quid statuendum de opinione *Paurmeisteri*, qui contra *Joh. Andream* aliosque (*vid. supr. th. 15.*) censet, Imperatorem per jus primariarum Precum, non solùm habere jus vel potestatem aliquem nominandi, & cogendi, ut ad beneficium recipiatur, sed ipsam quoque collationem. *de jurisd. lib. 1. cap. 4. n. 55. & seqq.* Etsi namque non magna inter utrumque est differentia, si effectum consideremus; ipsæ tamen Precum formulæ ad ordinarios Collatores, & illis demùm cessantibus ad Executores sunt directæ. Neque illud simpliciter admittendum, quod *idem Author* dicit, effectum esse Precum primariarum, ut vigore earum quis, antequam vacet præbenda, Canoniam accipiat, adeóque jus suffragii ferendi in Capitulo, & sedis seu stalli in Choro, aliosque honores ex consuetudine Ecclesiæ Canonicis debitos. *d. l. n. 58. & seq.*

LXVIII. Quoniam illud tùm demum procedere arbitramur, si Precista ab ordinario Collatore jam sit investitus, etiamsi præbenda nondum vacet. *arg. cap. dilectus. 19. cap. pro illorum. 22. cap. dilecto. 25. X. de præbend. Vid. supra th. 54.* Nam eo casu Beneficiandus factus Turnarius consequitur jus in re sive possessionem vel quasi Canoniæ, non verò præbendæ; quam tamen cùm vacaverit, petere potest vel vi rescripti Cæsarei vel

vi

vi receptionis. *arg. cap. constitutus. 19. de rescript. cap. 51. postquam.* *Quæst. XI.*
13. de præbend. in 6. Hostiens. *in Summ. de concess. præbend. n. 2. vers. sed quid acquiritur.* Dn. Hahn. *in dissert. inaug. de jure rerum concl. 82. n. 4. Add.* Joh. Staphil. *de Grat. & exspectat. tit. de vi & effect. clausul. vers. competenti. n. 2. & 3.* ubi ait, *Canonicos illos dici in herba, & consuetudine non observari, ut antequam præbendas consequantur, participent de juribus Canonicalibus. &* Joach. Stephan. *Instit. jur. Canon. lib. 1. cap. 8. n. 32. & lib. 2. cap. 9. n. 10. & seq.*

LXIX. Sed anne Collatores ob defectum tituli denegare poterunt Precistæ possessionem? Id quidem affirmare videtur *cap. beneficium. 1. de R. J. in 6.* ubi beneficium sine Canonica institutione obtineri nequit. Fac. quod qui recipiat beneficium sine titulo, peccet mortaliter. *cap. dudum. 22. de elect. can. nemo. 41. can. nullus. 42. caus. 11. quæst. 3.* Quia tamen Precista habet titulum coloratum ex concessione Precum Cæsarearum; Decanus & Capitulum, quod nudum habet installationis ministerium, astringitur ad illius receptionem, salvo tamen jure cujuslibet. *arg. cap. cum nostris. 6. & seq. in fin. X de concess. præbend.* Chokier. *d. sect 4. n. 59. & seqq. n. 99. & seq.* Capitulum namque non discutit exceptiones, quæ concernunt titulum, sed Executor; coram quo si tertius illas opponat, ipse videbit, an relevantes sint, nec ne? Chokier. *d. l. n. 62. in fin.*

QUÆSTIO XI.
Quomodo Preces primariæ amittantur?

LXX.

CEssat effectus primariarum Precum, non solùm, ubi legitima requisita deficiunt, de quibus hactenus breviter egimus; verùm etiam (1.) morte concedentis. Nam deficiente Imperatore, qui fuit causa Precum, deficiunt etiam gratiæ sive nominationes, quæ sunt illius effectus. *arg. l. in omnibus. 68. de R. J. cap. cessante. 60. X. de appellat.* Quod tamen ita demum admittunt, si id fiat re adhuc integrâ & ante beneficii vaca-

 tionem

Quæst. XI. tionem. *arg. cap. præsenti. 3. de Offic. Legat. in 6.* sed verius est, si beneficium vacans jam acceptatum aut Executoris officium imploratum sit, quòd vel post mortem Imperatoris hic gratiam exequi poterit *arg. cap. si super. 9. de Offic. delegat. in 6. cap. si cui. 36. de præbend. in 6. cap. penult. X. de concess. præbend.* Hier. Gigas. *de Pensionib. quæst. 91. n. 3. & 4. Vid.* Chokier. *in schol. ad jus primar. Prec. sect. 4. n. 9. & seqq.* ubi utrinque pro hac sententiâ argumenta colligit. Unde sequitur, Successorem in Imperio Preces illas revocare non posse. Dn. Nic. Mylerus *in Nomologia. cap. 15. n. 4.* Dn. Fritsch. *de jur. primar. Prec. cap. 2. n. 51. Add. supr. th. 26.*

NB.

LXXI. Extenditur illa regula, ut, si Imperator verbo vel signaturâ Preces concesserit & moriatur ante expeditionem; illæ nihilominus valeant, & per Successorem sint expediendæ. *arg. cap. literis. 39. de rescript.* Dn. Hermes *in Fasc. J. P. cap 11. n. 23.* Exemplum, ubi in Precibus Archi-Episcopalibus Successor eas fuit executus, salvo jure sibi separatim competente, affert Dn. à Vorb. *in Parat. J. Can. class. 8. circa. fin. p. 718.* Quid, si Imperator post primarias Preces certi alicuj' beneficii, easdem alii concedat; uti propter importunitatem petentum fieri solet. *arg. l. 1. C. de petition. bonor. cap. 2. de concess. præbend. in 6. cap. si quando. 5. X. de rescript*, an prioris nominatio extinguetur? Neg. per *Clement. un. cùm illusio. de renunciat. cap. 2. de postulat. Prælator. can. decernimus. 32. caus. 16. quæst. 7. cap. decet. 16. de R. I. in 6.* Guismier *in Sanct. pragmat. tit. de collationibus. §. volens itaq;. in voc. nominationes. p. 273. Vid. suprà th. 46. & 66. Adde* Chokier. *d. l. sect. 2. n. 8.* & Dn. Hermes *d. cap. 11. n. 17.*

LXXII. (2.) Morte Precistæ Preces Imperiales, dum pendet earum executio, evanescere expeditum est; ita ut Ordinarius absque ullo obstaculo vacans beneficium conferre possit. *Vid. supr. th. 59.* Sed an Cæsar alium queat nominare, non item. Nobis affirmativa arridet. *arg. cap. si electio. 26. de elect. in 6. cap. sicut. 5. de V. S. in 6. Vid.* Chokier *d. sect. 2. n. 6.* Dn. Hermes *d. cap. 11. num. 22. Add. suprà th. 45.* Idem dicendum, si Precistæ collatum sit beneficium, sed ligitiosum, & ille moriatur lite pendente. *arg. cap. 1. de restitut. in integr. d. cap. 26. de elect. in 6. cap. 1. ut lite pendent. in 6.* Dn. Hermes *d. n. 22.* aut si repudiet Preces, idque vel expressis verbis, vel tacitè; dum intra mensem beneficium vacans non acceptat. Chokier. *d. l. sect 4. n. 83.*

n. 83. aut executionem negligit, aliumve, qui tempore posteri- *Quaest.* XI.
or, beneficio potiri patitur. *arg. cap, tibi, qui.* 12. *de rescript. in* 6. *cap. si Clericus.* 11. *de praebend. in* 6. Chokier. *d. l. sect.* 2. *n.* 7. 8. *&* 42. Nam & hisce modis exspirat gratia prior, & locus erit secundae expectativae, uti loquuntur. *arg. l. si quis.* 51. *C. de Episcop. & Cleric. cap. si diligenti.* 12. *de for. compet.* Staphil. de *Grat. & exspectat. circ. pr. vers. sexta igitur forma. n.* 12.

LXXIII. Sed quaeritur, quotnam diebus praedictus mensis constet? Et quanquam alias in dubio ille 30. diebus aestimetur. *arg. l. fin. §.* 2. *C. de jure deliber. l. lecta.* 40. *in pr. ff. de reb. credit. auth. jubemus. C. de judic. l. quodsi.* 31. *§. si quid.* 22. *ff. de Aedil. Edict.* Bl. *in l. eos.* 6. *§. fin. C. de appellat.* tamen in nostro casu quot dies habuit ille mensis, quo beneficium vacare cepit; totidem Precista habebit, intra quos acceptare vel repudiare poterit; & si dies aliquot lapsi fuerint, totidem supplendi sunt ex sequenti mense. Gl *in cap. quam sit.* 6. *in voc. mensem. de elect. in* 6. *junct. cap. licet.* 3. *de supplend. negligent.* Staphil. *de Gratiis & expectat. tit. de vi & effect. clausul. vers. successive. n.* 14. Chokier *d. l. sect.* 4. *n.* 81. *& seq.* ubi docet, *cùm Canonicatus vacasset* 5. *Octobris & mortuus sequente die fuisset sepultus; Precistam admissum fuisse, qui* 7. *Novembris acceptaverat.*

LXXIV. Ita si Precista contrahat matrimonium aut sponsalia de praesenti, censetur renunciare Precibus. *Gl. & DD. in cap. unic. de Cleric. conjugat. in* 6. Quo casu itidem Caesari integrum erit, alium nominare. Dn. Hermes *d. l. num.* 54. Quid si matrimonium non subsistat? Neque Precistam excidere Precibus, dicunt. *arg. cap. non praestat.* 52. *de R. I. in* 6. Imò, qui impetravit primam vacaturam & interim uxorem duxerit, si tempore vacantis praebendae uxor sit mortua, etiamnum admitti poterit, uti vult Angel. Aret. *in pr. num.* 1. *Inst. quib. mod. jus patr. potest.* sed contra expressas leges. *l. pactum.* 46. *ff. de pact. l. fin. C. de condit. insert. l. quaeritur.* 14. *§. si venditor.* 9. *ff. de Aedil. Edict. Clement. gratiae.* 4. *ibiq; Gl. in voc. resignaveris. de rescript. Vid.* Chokier *d. l. sect.* 2. *n.* 16. ubi *tunc quoq; tacitè Precistam* ait *renunciare Precibus, si miles fiat aut monachus, aut aliud beneficium incompatibile sit assequutus.* arg. *d. Clement.* 4. *de rescript. junct. cap. si pauper.* 30. *de praebend. in* 6. *Add.* Dn. Hermes *d. n.* 54. Quid si post factam col-

Quæst. XI. lationem Precista amittat diploma Cæsareum, an tuendus erit in possessione? Aff. *arg. cap. cùm olim. 12. vers. Nos verò. X. de privileg. Gl. in cap. sane. 7. in voc. sustinere. X. de renunciat.* Felin. *in cap. in nostra. 32. n. 8. in fin. X. de rescript.* Chokier *d. sect. 2. n. 5.*

LXXV. Sed hæc omnia pleniùs partim ex ipsis Authoribus allegatis, partim ex formulis Precum primariarum & collationum hauriri poterunt, quarum suprà passim mentio facta est & pro re natâ inferiùs subjiciemus. Nobis hoc instar sufficit exercitij Academici, quod actis DEO humiliter gratiis finimus, &, si quid in præjudicium forte Principum vel alterius Status præter mentem exciderit, neque dictum neque scriptum esse volumus. Sed quia locus vacuus restat, subjungimus Formulam Precum primariarum, ab Imperatrice olim concessarum: Wir Leonore/ von Gottes Gnaden Römische Käyserin/ zu allen zeiten Mehrerin deß Reichs/ in Hungarn/ Dalmatien/ Croatien/ Königin/ Hertzogin zu Oesterreich und zu Steir/ etc. Entbieten der Ehrwürdigen Margrethen/ Aptissin/ unser Fürstin/ und den Ehrsamen/ dem gemeinen Capitul deß Gotteshauses zu Buchau im Costantzer Bistumb gelegen/ unsern lieben Andächtigen/ unsere Gnade und alles Gutes! Ehrwürdige Fürstin und Ehrsame liebe Andächtige/ Wann wir auß Käyserl. und angebohrner Güte/ Ehrbaren und wolverdienten und besonder gelehrten Personen/ zu gnädiger Fürderung geneigt seyn/ und denn der Ehrsame Meister Conrad Geeb/ Licentiat in Geistl. Rechten/ deß Allerdurchleuchtigsten Fürsten/ unsers gnädigsten lieben Herren und Gemahels/ deß Römischen Käysers/ rc. Capplan/ vor unser Keyserl. Maystät umb seiner Fromkeit/ Kunst und ordentlich wesens willen gerühmet ist/ darum wir jhn zu gnädiger Fürderung und Gnad zu erweisen geneigt seyn/ Und wir nun zu euch sonder vertrauen haben/ jhr seyd Uns unser zimlichen Bitte zu ehren willig und geneigt. Darumb so begehren wir an E. Andacht mit sonderen

dern fleiß ernstlich bittende/daß jhr **um dieser unser er-** *Quæst. XI.*
sten Bette willen / und unser Käyserlichen Majestät zu ehren und gefallen / den benandten Meister Conraden ein Gottesgabe euer geistlichen Lehenschafft / wann die euch am nechsten ledig / und er oder sein Procurator von seinet wegen / die an euch begehren und erfordern würde / minlich verleyhet und in unjrrung dazu kommen lasset / damit wir erkennen mögen / daß diß unser erste Bette bey euch würdige statt empfangen / und der vorgenante M. Conrad der günstlich empfinde genossen haben. Daran thut Uns euer Andacht sonder denckung und gut wolgefallen / und Wir wollen deß auch jegen euch und eurem Gottes-Hauß gnädiglich erkennen und in gnaden nicht vergessen haben. Geben zu der Neustadt am Samstag nach dem heiligen Pfingstag / anno Domin. quinquagesimo nono, unsers Käyserthums im achten / und deß Hungrischen Königreichs in dem ersten Jahr / &c. *apud* Besold. *in discurs. de Censurâ, subjunct. Tractat. de Magistrat. Censor. in fin.* Dn. Fritsch *de jur. prim. Prec. in Manuss.* 2. Ipsorum Impp. formulas reperire licet *apud* Joh. Naucler. *Generat.* 43. *in fin.* Melch. Goldast. *Constit. Imperial. tom.* 1. *pag.* 342. & 375. & *tom.* 3. *pag.* 406. Tob. Paurmeist. *de jurisd. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 51. & *seqq.* Marq. Freher. *in Not. ad P. Andl. lib.* 2. *cap.* 6. *in voc. receptus in fratrem. pag.* 179. & *seqq.* P. Wehner. *in Observ. Pract. lit. P. in voc.* Panis-Brieffe. Christ. Besold. *in Thes. Pract. lit. P. n.* 45. *in voc. Primariæ Preces. in fin.* Joh. à Chokier *in Schol. ad Ius primar. Prec. in Proœm. num.* 12. Wolfg. Sigismund. à Vorburg. *in Parat. Iur. Can. class.* 8. *circ. fin.* Dn. Ahasv. Fritsch. *de Iur. primar. Prec. Manuss.* 1.

LXXVI. Propter affinitatem materiæ operæ pretium erit subiicere formam collationis ac provisionis Ordinariorum. Martinus, DEI ac sanctæ sedis Apostolicæ gratiâ Nemausensis Episcopus, dilecto Nobis in Christo N. Cleric. in Decretis Doctori, Rectori parochialis Ecclesiæ N. nostræ dioe- « « «
cesis,

Quæst. XI. cesis, Salut. in Domino. Quia de literarum scientiâ, vitæ ac
» morum honestate aliisque virtutum meritis, quibus illarum
» Largitor personam tuam insignivit, fuimus famâ ac fide dignis
» testibus certiorati, quæ Nos ad gratiam tibi faciendam exci-
» tant. Itaque volentes te juxta tuæ personæ merita favore
» prosequi gratioso, parochialem Ecclesiam N. nostræ diœcesis,
» nunc per liberam resignationem, de eâ per providum virum
» N. presbyterum dictæ Ecclesiæ tunc Rectorem in manibus
» nostris factam & per Nos admissam, ad præsens vacantem tibi,
» quem ad regimen & gubernationem ipsius sufficientem &
» idoneum esse reperimus, cum omnibus juribus & pertinentiis
» universis conferimus ac providemus, ac de eadem te coram
» Nobis constitutum per pilei traditionem in manibus tuis in-
» vestimus, ac in corporalem possessionem seu quasi ejusdem Ec-
» clesiæ N. præsentium tenore cum juribus & pertinentiis su-
» pradictis inducimus, recepto priùs abs te solito in talibus præ-
» stari juramento & jure nostro salvo. Quocirca vobis univer-
» sis & singulis personis Ecclesiasticis, Notariis & Tabellioni-
» bus publicis per civitatem & diœcesin nostras constitutis &
» subditis nostris autoritate prædictâ, tenore præsentium com-
» mittendo mandamus, quatenus vos aut alter vestrum, qui su-
» per hoc fuerit requisitus, ad dictam Ecclesiam accedatis seu
» alter vestrum accedat & prædictum N. vel procuratorem ejus
» nomine & pro eo, in corporalem possessionem prædictæ Ec-
» clesiæ N. juriumque & pertinentium prædictorum inducatis
» vice nostrâ & defendatis inductum, amoto ab eâ quolibet il-
» licito detentore. In quorum omnium & singulorum fidem
» & testimonium præsentes literas, collationem & provisio-
» nem nostras in se continentes, fieri, & per Secretarium no-
» strum infrà scriptum subscribi & publicari fecimus & manda-
» vimus, nostrique sigilli magni jussimus appensione muniri.
» Datum Nemausi, anno 1551. die 6. Martij, præsentibus Joanne
» Ruffiat, presbytero & Petro Rostaing aurifice testibus, ad præ-
» missa vocatis & adhibitis. De mandato Rever. Domin.
» Episcopi P. Rilliot, Secretar. *ap.* Rebuff. *Prax. beneficiar. part. 1. tit. Forma collationis &c. pag. 33.*

SOLI DEO GLORIA.